Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

~~Arch. A. Bodl. 74~~

Arch. Clar.

Oxon 4° 260

# REGISTRUM

# PRIVILEGIORUM

# ALMAE UNIVERSITATIS

# OXONIENSIS.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA ·

OXONII,

E Typographeo Clarendoniano.

M DCC LXX.

# T A B U L A.

*Carta*, 3 *Julii* MCCCCLXI, 1 *Edw.* IV. Pag. 3.

*Magna Carta*, 1 *Apr.* MDXXIII, 14 *Hen.* VIII. 53.

*An Act for Incorporation of the two Univerſities*,
7 *June* MDLXXI, 13 *Eliz.* 77.

## CORRIGENDA.

Pag. 9. lin. 27. *pro* actavo *leg.* octavo. P. 12. l. 8. *l.* nomine. P. 13. l. 19. *l.* vendencium. P. 14. l. 3. *l.* quantum. P. 15. l. 8 & 17. *l.* octavo: l. 15. *l.* domino. P. 16. l. 16. *l.* Burgenſes. P. 20. l. 16. *l.* dimittere. P. 23. l. 6. *l.* cetera: l. 18. *l.* eminentiſſime; l. 31. *l.* multitudini. P. 34. l. 25. *l.* forisfacturis. P. 37. l. 10. *l.* pervenerint. P. 40. l. 29. *l.* procinctum. P. 46. l. 20. *l.* execucionem. P. 47. l. 20. *l.* imperpetuum. P. 49. l. 23. *l.* Bedellos. P. 58. l. 13. *l.* altera. P. 60. l. 4. *l.* catalla: l. 11. *l.* pertinere. P. 63. l. 22. *l.* attornato. P. 64. Var. Lec. *l.* predictum. P. 68. l. 8. *l.* Ac.

# C A R T A

## REGIS EDWARDI QUARTI

### AMPLISSIMA,

### CONFIRMANS OMNIA PRIVILEGIA ANTIQUA CUM ADJECTIONE NOVORUM.

EDWARDUS Dei gracia Rex Anglie et Francie et Dominus §. 1.
Hibernie Omnibus ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem INSPEXIMUS cartam domini Richardi nuper Re- Ric. II.
gis Anglie ſecundi poſt Conqueſtum Progenitoris noſtri factam in hec verba RICHARDUS Dei gracia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie Archiepiſcopis Epiſcopis Abbatibus Prioribus Ducibus Comitibus Baronibus Militibus Juſticiariis Vicecomitibus Prepoſitis Ballivis et aliis fidelibus ſuis ſalutem INSPEXIMUS cartam confirmacionis quam dominus Edwardus nuper Rex Edw. III.
Anglie Avus noſter fieri fecit in hec verba EDWARDUS Dei gracia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie Archiepiſcopis Epiſcopis Abbatibus Prioribus Comitibus Baronibus Juſticiariis Vicecomitibus Prepoſitis Miniſtris et omnibus Ballivis et

VARIAE LECTIONES

*in Cartis ſequentibus annotatae deſumuntur ex Libro Privilegiorum et Libertatum Almae Univerſitatis Oxon. M.S. per Hare, in Archivis Biblioth. Bod. aſſervato.* A. 70.

fidelibus ſuis ſalutem INSPEXIMUS cartam corfirmacionis quam nuper fieri fecimus in hec verba EDWARDUS Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie et Dux Aquitanie Archiepiſcopis Epiſcopis Abbatibus Prioribus Comitibus Baronibus Juſticiariis Vicecomitibus Prepoſitis Miniſtris et omnibus Ballivis et fidelibus ſuis ſalutem INSPEXIMUS literas patentes confirmacionis
Edw. II. domini Edwardi nuper Regis Anglie Patris noſtri in hec verba EDWARDUS Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie et Dux Aquitanie Omnibus ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem
Hen. III. INSPEXIMUS literas patentes quas dominus Henricus quondam Rex Anglie Avus noſter fecit Cancellario et Univerſitati Oxon.
§. 2. in hec verba HENRICUS Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie Dux Normannie Aquitanie et Comes Andegavie Omnibus ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem NOVERITIS nos pro quiete Univerſitatis ſtudencium Oxon de ſpeciali gracia noſtra conceſſiſſe Cancellario et Univerſitati predicte quod quamdiu nobis placuerit in cauſis clericorum ex mutuis datis aut receptis aut taxacionibus ſeu locacionibus domorum aut equis conductis venditis ſeu commodatis ſeu pannis et victualibus ortum habentibus ſeu aliis quibuſlibet rerum mobilium contractibus in municipio aut ſuburbio Oxon factis noſtra prohibicio non currat ſet hujuſmodi cauſe coram Cancellario Univerſitatis Oxon non obſtante prohibicione noſtra decidantur In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes Teſte Me ipſo apud Rading decimo die Maii Anno regni noſtri viceſimo octavo
§. 3. INSPEXIMUS eciam quaſdam alias literas patentes quas idem
Hen. III. Avus noſter fecit predicte Univerſitati in hec verba HENRICUS Dei gracia Rex Anglie et Dominus Hibernie Dux Normannie Aquitanie et Comes Andegavie Omnibus ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem SCIATIS quod ad tranquillitatem et utilitatem tam Magiſtrorum et Scolarium Univerſitatis Oxon quam Burgenſium et aliorum in eadem Villa domos habencium conceſſimus eidem Univerſitati quod decetero omnes domus ejuſdem municipii Oxon a Scolaribus inhabitate et inhabitande a quinquennio in quinquennium retaxentur ſecundum arbitrium taxatorum clericorum et laicorum ex utraque parte juratorum et volumus

lumus quod iſta retaxacio incipiat a tempore confeccionis preſencium literarum In cujus rei teſtimonium has literas noſtras eidem Univerſitati fecimus fieri patentes Teſte Me ipſo apud Wodeſtok decimo die Februarii Anno regni noſtri quadrageſimo

INSPEXIMUS eciam quaſdam alias literas patentes quas idem §. 4.
Avus noſter fecit dicte Univerſitati in hæc verba HENRICUS Hen. III.
Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie et Dux Aquitanie Omnibus ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem INSPEXIMUS literas quas Univerſitati Scolarium Oxon fieri fecimus Anno regni noſtri triceſimo nono ſub ſigillo noſtro quo tunc utebamur in hec verba HENRICUS Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie Dux Normannie Aquitanie et Comes Andegavie Omnibus ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem SCIATIS quod ad pacem et tranquillitatem necnon [a] et utilitatem Univerſitatis Scolarium Oxon providimus et conceſſimus quod quatuor Aldermanni fiant in Oxon et octo de diſcrecioribus et legalioribus Burgenſibus ejuſdem Ville aſſocientur ipſis Aldermannis qui omnes jurent nobis fidelitatem et ſint aſſiſtentes et conſulentes Majori et Ballivis noſtris Oxon ad pacem noſtram conſervandam ad aſſiſas dicte Ville cuſtodiendas et ad inveſtigandos malefactores et perturbatores pacis noſtre et vagabundos de nocte et [b] receptores latronum et malefactorum et corporale preſtent ſacramentum quod omnia predicta fideliter obſervabunt §. 4.

In qualibet autem parochia ville Oxon ſint duo homines electi §. 5.
de legalioribus parochianis et jurati quod in qualibet quindena inquirent diligenter, ne quis ſuſpectus hoſpitetur in parochia et ſi aliquis receptaverit aliquem per tres noctes in domo ſua reſpondeat pro eo

Nullus eciam Regratarius emat victualia in §. 6.
villa Oxon vel extra verſus villam veniencia nec aliquid emat nec iterum vendat ante horam nonam et ſi fecerit amercietur et rem emptam amittat

Si laicus inſerat clerico gravem vel §. 7.
enormem leſionem ſtatim capiatur et ſi magna ſit leſio incar-

VARIAE LECTIONES

[a] ad. H. fol. 5. &c. [b] receptatores. H. fol. 5.

ceretur

ceretur in Caſtro Oxon et ibi detineatur quouſque clerico ſatisfiat et hoc arbitrio Cancellarii et Univerſitatis Oxon ſi clericus protervus fuerit Si minor vel levis ſit injuria incarceretur in Villa Si clericus inferat gravem vel enormem leſionem laico incarceretur in predicto Caſtro quouſque Cancellarius predicte Univerſitatis ipſum poſtulaverit ſi minor vel levis ſit injuria incarceretur
§. 8. in carcere Ville quouſque liberetur per Cancellarium Piſtores et Braſiatores in primo tranſgreſſu ſuo non puniantur ſet in ſecundo amittant panem et in tercio tranſgreſſu habeant judicium de pillorio Quilibet Piſtor habeat ſigillum ſuum et ſignet panem ſuum per quod poſſit cognoſci cujus panis ſit Quicumque de villa Oxon braſiaverit ad vendendum exponat ſignum ſuum alioquin amittat ſerviſiam Vina Oxon communiter vendantur et indifferenter tam clericis quam laicis ex quo imbrachiata fuerint
§. 9. Temptacio panis fiat bis in anno *viz* in quindena poſt feſtum ſancti Michaelis et circa feſtum ſancte Marie in marcio Et aſſiſa cerviſie fiat eiſdem terminis ſecundum valorem bladi et braſei Et quocienſcumque debeat fieri temptacio panis et cerviſie interſit Cancellarius predicte Univerſitatis vel aliqui ex parte ſua ad hoc deputati ſi ſuper hoc requiſiti intereſſe voluerint quod ſi non interſint nec ſuper hoc requiſiti fuerint nichil valeat temptacio predicta In cujus rei teſtimonium has literas noſtras eidem Univerſitati fieri fecimus patentes Teſte Me ipſo apud Wodeſtok decimo octavo die Junii Anno regni noſtri triceſimo nono
§. 10. Illud igitur quod ſuperius expreſſum eſt quod ſcilicet quatuor Aldermanni et octo de diſcrecioribus et legalioribus Burgenſibus Ville predicte ipſis Aldermannis aſſociati vel aſſociandi jurent nobis fidelitatem in preſencia noſtra et ſint aſſiſtentes et conſulentes Majori et Ballivis predictis ad ea que ſuperius ſunt expreſſa ſic volumus obſervari ut ſi preſentes non extiterimus preſtetur juramentum predictum coram alio quem loco noſtri ad hoc duxerimus aſſignandum In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes Teſte Me ipſo apud Weſtmonaſterium ſexto die Februarii Anno regni noſtri quadrageſimo
§. 11. ſexto INSPEXIMUS quaſdem alias literas patentes quas idem Avus

Avus noſter fecit clericis[c] ſtudentibus in hec verba HENRICUS Hen. III.
Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie et Dux Aquitanie omnibus Ballivis et fidelibus ſuis ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem CUM grave ſit et tedioſum clericis laicum feodum habentibus poni in aſſiſis juratis ſeu recognicionibus ipſis ſcolis inſiſtentibus nos hujuſmodi clericis Oxon ſtudentibus ad inſtanciam Univerſitatis ejuſdem Ville graciam facere volentes ſpecialem ipſis concedimus quod quamdiu ſtudiis ibidem inhereant et ſub habitu clericali in ſuo ſtudio laudabiliter proficiant non ponantur in aſſiſis juratis vel recognicionibus aliquibus Et ideo vobis mandamus quod dictos clericos contra hanc conceſſionem noſtram non moleſtetis vel moleſtari permittatis In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes Teſte Me ipſo apud Weſtmonaſterium ſecundo die Februarii anno Regni noſtri quadrageſimo nono INSPEXIMUS eciam quaſdem alias §. 12.
literas patentes quas idem Avus noſter fecit eiſdem Scolaribus in Hen. III.
hec verba HENRICUS Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie et Dux Aquitanie omnibus Ballivis et fidelibus ſuis ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem INSPEXIMUS literas patentes dudum confectas apud Wodeſtok in preſencia Procuratorum Scolarium Univerſitatis Oxon et Burgenſium ejuſdem Ville ſuper quibuſdam libertatibus prefatis Scolaribus conceſſis in hec verba ANNO regni Regis Henrici filii Regis Johannis triceſimo ſecundo viceſimo nono die Maii preſentibus apud Wodeſtok tam Procuratoribus Scolarium Univerſitatis quam Burgenſibus Oxon idem dominus Rex conceſſit eiſdem Scolaribus libertates ſubſcriptas *videlicet* quod ſi inferatur injuria predictis Scolaribus fiat inde[d] execucio tam per villatas vicinas quam per Burgenſes predictos Et quod ſi ipſi Burgenſes interficiant aliquem de Scolaribus Oxon vel in aliquem ipſorum inſultum vel alicui ipſorum gravem injuriam inferant communitas ejuſdem Ville per ſe puniatur et amercietur et Ballivi per ſe et non cum communitate eadem puniantur et amercientur ſi negligentes fue-

VARIAE LECTIONES

[c] in dicta Univerſitate. H. fol. 44. [d] inquiſitio. H. fol. 3. &c.

rint

rint vel dolum fecerint in exequendo officium ſuum contra il-
§. 13. los qui hujuſmodi injurias predictis Scolaribus inferunt Et quod Judei Oxon non recipiant a Scolaribus predictis pro libra in ſeptimana niſi duos denarios et ſimiliter fiat in minori ſumma ſecundum ſuam quantitatem alioquin predicti Judei pu-
§. 14. niantur ſecundum [e] conſuetudinem regni Et quod quocienſcumque et quandocumque Major et Ballivi Oxon ſacramentum fidelitatis ſue preſtabunt in loco ſuo communi communitas ejuſdem Ville denunciet Cancellario ut per ſe vel per aliquas electas perſonas preſtacioni juramenti predicti ſi voluerit interſit Quod quidem juramentum tale erit quoad Scolares predictos *viz* quod ipſi Major et Ballivi conſervabunt libertates et conſuetudines Univerſitatis predicte alioquin non valeat juramentum ipſorum ſet iterum preſtetur ſecundum formam preſcriptam Si vero Cancellarius nec per ſe nec per procuratorem intereſſe voluerit ad juramentum nichilominus procedatur Et quod duo Aldermanni ſint electi et deputati de illis qui pro tempore fuerint ſecundum quod ordinati erant a domino W. de Ebor' ad exhibendam juſticiam cum prepoſiti abfuerint ſub eadem pena qua prepoſiti tenentur ſi negligentes vel malicioſi
§. 15. inveniantur Et quod quilibet Burgenſis Oxon pro familia ſua reſpondeat ita quod ſi aliquis de familia ſua mortem vel gravem injuriam alicui clerico vel ſuis inferat malefactorem exhibeat idem Burgenſis ut fiat de eo juſticia alioquin infliga-
§. 16. tur pena ſecundum conſuetudinem regni Et quod quocienſcumque debeat fieri temptacio panis et cerviſie ab eiſdem Burgenſibus precedente die denuncietur Cancellario et Procuratoribus Univerſitatis predicte ut per ſe vel per aliquos ad hoc deputatos per ipſos ſi voluerint interſint temptacioni predicte alioquin non valeat [f] ipſa temptacio Si vero dicti Cancellarius et Procuratores Univerſitatis per ſe vel per ſuos intereſſe noluerint ad predictam temptacionem nichilominus procedatur In quorum omnium teſtimonium dominus Radulphus filius Ni-

VARIAE LECTIONES.

[e] conſtitucionem. H. fol. 3. [f] *deeſt* ipſa. H. fol. 151.

cholai

cholai Seneſcallus domini Regis ad preceptum ejuſdem domini Regis huic ſcripto ſigillum ſuum appoſuit eodem domino Rege per literas mandante Vicecomiti Majori et Ballivis Oxon ut predictas libertates inviolabiliter obſervent et faciant obſervari quas eciam idem dominus Rex fecit irrotulari Anno regni ſui triceſimo tercio Nos autem predictam conceſſionem predictis Sco- Hen. III. laribus ſuper prefatis libertatibus de precepto noſtro factam ut predictum eſt ratam habentes et gratam eam preſentibus literis noſtris patentibus Scolaribus antedictis concedimus et ſigilli noſtri munimine roboramus Teſte Me ipſo apud Wodeſtok viceſimo primo die Junii Anno regni noſtri quinquageſimo ſecundo Nos autem conceſſiones predictas ratas habentes et gratas eas Edw. II. pro nobis et heredibus noſtris quantum in nobis eſt eiſdem Cancellario Magiſtris Scolaribus et Univerſitati concedimus et confirmamus ſicut litere predicte racionabiliter teſtantur PRETE- §. 17. REA volentes eiſdem Cancellario Magiſtris Scolaribus et Univerſitati graciam in hac parte facere uberiorem conceſſimus eis pro nobis et heredibus noſtris quod licet ipſi vel eorum predeceſſores libertatibus predictis vel aliqua earumdem aliquo caſu emergente hactenus plene uſi non fuerint ipſi tamen et eorum ſucceſſores libertatibus illis et earum qualibet ſine occaſione vel impedimento noſtri vel heredum noſtrorum Juſticiariorum Eſcaetorum Vicecomitum aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque decetero plene gaudeant et utantur In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes Teſte Me ipſo apud Thunderle viceſimo die Maii Anno regni noſtri actavo Nos autem conceſſiones predictas ratas habentes Edw. III. et gratas eas pro nobis et heredibus noſtris quantum in nobis eſt prefatis Cancellario Magiſtris Scolaribus et Univerſitati ad inſtantem requiſicionem dilecti clerici noſtri magiſtri Roberti de Stratford Archidiaconi Cantuarienſis Cancellarii Univerſitatis predicte ad cujus perſonam affeccionem gerimus ſpecialem concedimus et confirmamus ſicut litere predicte racionabiliter teſtantur PRETEREA volentes eiſdem Cancellario Magiſtris Scolaribus et Univerſitati ad ſolicitam ejuſdem clerici noſtri inſtanciam

ſtanciam et [g] contemplacione [h] perſone ſue graciam in hac parte facere ampliorem conceſſimus eis pro nobis et heredibus noſtris et hac carta noſtra confirmamus quod licet ipſi vel eorum predeceſſores libertatibus predictis vel aliqua earumdem aliquo caſu emergente hactenus plene uſi non fuerint ipſi tamen et eorum ſucceſſores libertatibus illis et earum qualibet ſine occaſione vel impedimento noſtri vel heredum noſtrorum Juſticiariorum Eſcaetorum Vicecomitum aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque decetero plene gandeant et utantur

§. 18. vide §. 2. INSUPER cum per dictas literas patentes prefati Proavi noſtri conceſſum fuiſſet dictis Cancellario et Univerſitati quod quamdiu dicto Avo noſtro placeret in cauſis clericorum ex mutuis datis aut receptis aut taxacionibus ſeu locacionibus domorum aut equis conductis venditis ſeu commodatis ſeu pannis et victualibus ortum habentibus ſeu aliis quibuſlibet rerum mobilium contractibus in municipio aut ſuburbio Oxon factis prohibicio ſua non

Continuatio Conceſſionum per Regem Edw. III. uſquead §. 24. curreret ſet hujuſmodi cauſe coram Cancellario Univerſitatis Oxon non obſtante prohibicione ſua deciderentur VOLUMUS et concedimus pro nobis et heredibus noſtris de noſtra uberiori gracia ut ſtudentes in Univerſitate predicta ſtudiis hujuſmodi inherere et intendere tranquillius et fatigaciones ac alia litium et jurgiorum diſpendia valeant evitare quod in omnibus hujuſmodi cauſis clericorum in dicta villa Oxon et ſuburbiis ejuſdem ortum habentibus prohibicio noſtra vel heredum noſtrorum decetero aliquibus futuris temporibus nequaquam currat nec locum habeat ſet cauſe hujuſmodi coram Cancellario Univerſitatis predicte qui pro tempore fuerit vel ejus Commiſſario ſive Locum-tenente non obſtantibus hujuſmodi prohibicionibus regiis perpetuo decidantur

§. 19. vide §. 3. ITEM cum in aliis literis predicti Proavi noſtri contineatur quod omnes domus ejuſdem municipii Oxon a Scolaribus inhabitate et inhabitande a quinquennio in quinquennium retaxentur ſecundum arbitrium taxatorum clericorum et laicorum ex utraque parte juratorum Volumus et predictis Cancellario Ma-

VARIAE LECTIONES.

[g] contemplacioni. H. fol. 151. [h] *deeſt* perſone. H. fol. 151.

giſtris

giſtris Scolaribus et Univerſitati pro nobis et heredibus noſtris concedimus quod omnes domus tam in ſuburbiis dicte ville Oxon quam in eadam Villa a Scolaribus inhabitate et inhabitande de quinquennio in quinquennium retaxentur in forma predicta ITEM cum per alias literas ipſius [i] Proavi noſtri [k] predictas conceſſum ſit et proviſum quod quatuor Aldermanni fiant in Oxon et octo de diſcrecioribus et legalioribus Burgenſibus ejuſdem Ville aſſocientur ipſis Aldermannis qui omnes jurent nobis fidelitatem et ſint aſſiſtentes et conſulentes Majori et Ballivis noſtris Oxon ad pacem noſtram conſervandam ad aſſiſas dicte Ville cuſtodiendas et ad inveſtigandos malefactores et perturbatores pacis noſtre et vagabundos de nocte et receptores latronum et malefactorum et corporale preſtent ſacramentum quod omnia predicta fideliter obſervabunt Et quod in qualibet parochia ville Oxon ſint duo homines electi de legalioribus parochianis et jurati quod in qualibet quindena inquirent diligenter ne quis ſuſpectus hoſpitetur in parochia et ſi aliquis receptaverit aliquem per tres noctes in domo ſua reſpondeat pro eo Ac ex parte predictorum Cancellarii et Univerſitatis ſit intelligi nobis datum quod pro eo quod aliqui ad ſacramenta Aldermannorum predictorum et dictorum octo aſſociatorum in abſencia noſtra recipienda et ad dictos duos homines in qualibet parochia dicte Ville ſic eligendos minime deputantur eadem ſacramenta et eleccio ea de cauſa ſepius ſunt omiſſa per quod diverſa maleficia in eadem Villa hactenus perpetrata fuerint et indies perpetrantur et nobis ſit ſupplicatum ut ſuper hoc opportunum apponere remedium dignaremur Nos [l] utilitati et quieti dicte Univerſitatis providere volentes conceſſimus pro nobis et heredibus noſtris quod Cancellarius Univerſitatis predicte qui pro tempore fuerit vel ejus Commiſſarius vel Locum-tenens ac Major dicte Ville pro tempore exiſtens ſacramenta predictorum quatuor Aldermannorum et dictorum octo ſibi de Burgenſibus predictis aſſociatorum ſingulis annis ad feſtum ſancti Michaelis ſi Nos vel heredes noſtri

§. 20.
vide §. 4.
vide §. 5.

VARIAE LECTIONES.

[i] Avi H. fol. 152.
[k] predicti. H. fol. 61.
[l] pro utilitate et quiete. H. fol. 62. &c.

 tunc

tunc ibidem preſentes non fuerimus noſtro et ipſorum heredum noſtrorum nomine recipiant quod ipſi Aldermanni et aſſociati omnia predicta fideliter obſervabunt Et quod dicti Cancellarius ſive Commiſſarius vel Locum ſuum tenens ac Major ſingulis annis vel magis ſolito ſi expedire imminentibus periculis videatur duos homines in qualibet parochia dicte Ville et ſuburbiorum ejuſdem de legalioribus parochianis illis eligant vel eligi faciant et quod ipſorum ſacramentum momine noſtro recipiant quod ipſi ſic electi et jurati in qualibet quindena diligenter inquirent ne ſuſpectus aliquis in parochia hoſpitetur et ſi quis aliquem per tres noctes in domo ſua receptaverit pro eo reſpondeat ut eſt dictum Et quod de toto facto ſuo in hac parte dictos Cancellarium ſive Commiſſarium vel ejus Locum-tenentem ac Majorem pro tempore [m] exiſtentes diſtincte et indilate certificent ut ipſi ulterius contra hujuſmodi ſuſpectos et eorum [n] receptatores prout ad officia ſua pertinet procedere et facere valeant prout pro conſervacione pacis noſtre ibidem et punicione et caſtigacione ma-
§. 21. lefactorum hujuſmodi racionabiliter fuerit faciendum INSUPER cum in aliis literis patentibus dicti Proavi noſtri contineatur quod quilibet Burgenſis Oxon pro familia ſua reſpondeat ita quod ſi aliquis de familia ſua mortem vel gravem injuriam alicui clerico vel ſuis inferat malefactorem exhibeat idem Burgenſis ut fiat de eo juſticia alioquin infligatur pena ſecundum conſuetudinem regni VOLUMUS et concedimus pro nobis et heredibus noſtris quod quilibet Burgenſis pro familia ſua et ſervientibus ſuis reſpondeat in empcionibus et vendicionibus vini et aliorum victualium quorumcumque ipſorum Burgenſium tam in ſuburbiis quam Villa predictis vendicioni expoſitorum ubi Scolaris eſt una parcium ipſis Burgenſibus de exceſſibus et injuriis per familiam vel ſervientes ſuos in hujuſmodi empcionibus et vendicionibus factis per prefatum Cancellarium vel ejus vices gerentem ſemel vel bis ſi opus fuerit primitus debite premunitis Et quod dictus Cancellarius vel ejus Commiſſarius aut Locum-tenens qui

Explanatio cujuſdam Privilegii per Hen. III. conceſſi, vide §. 15.

VARIAE LECTIONES.

[m] exiſtentem H. fol. 62 [n] receptores. H. fol. 62.

pro

pro tempore fuerit cognicionem de hujuſmodi exceſſibus [o] et injuriis in empcionibus et vendicionibus predictis ubi Scolaris eſt una pars ut predicitur habeat et delinquentes in hac parte punire [p] faciat prout decet ITEM cum Burgenſes dicte ville Oxon homines pannos laneos et telas lineas venales ad eandem Villam portantes dictos pannos et telas ſecare et per partes vendere Scolaribus et aliis eos emere volentibus niſi eoſdem pannos et telas integros emere voluerint hactenus non permiſerunt nec adhuc permittant ut accepimus quovis modo in ipſorum Magiſtrorum et Scolarium et nonnullorum aliorum grave dampnum et jacturam per quod nobis eſt cum inſtancia ſupplicatum ut ſuper hoc remedium apponamus Nos nolentes talia que ſic in dampnum et gravamen populi noſtri redundare noſcuntur tollerare aliqualiter incorrecta volumus et concedimus pro nobis et heredibus noſtris quod omnes hujuſmodi pannos laneos et telas lineas venales ad Villam predictam ſeu ſuburbia ejuſdem portantes vel ducentes eoſdem pannos et telas ibidem ſecare et hujuſmodi pannos et telas tam per partes quam integros tam clericis quam aliis vendere poſſint prout vandencium voluntati placuerit et eis viſum fuerit expedire ſine occaſione impedimento aut perturbacione Majoris Ballivorum et Burgenſium dicte ville [q] ac aliorum quorumcumque INSUPER cum Cancellarium Univerſitatis predicte pro quiete ejuſdem Univerſitatis et conſervacione pacis noſtre ibidem ac maleficorum maliciis refrenandis clericos in eadem Univerſitate delinquentes tam pro ſuſpicionibus et aliis cauſis diverſis pro majoribus dampnis et periculis evitandis quam pro delictis ſuis inveſtigare et capi facere ſepius et diverſimode oporteat et committere cuſtodie carcerali et idem Cancellarius metuat ſe ad proſecucionem hujuſmodi impriſonatorum de impriſonamentis illis poſſe impoſterum pregravari et nobis ſit ſupplicatum ut indempnitati Cancellarii dicte Univerſitatis velimus proſpicere in hac parte Nos conſiderantes quod pax noſtra ubique inviolabiliter obſervetur et delinquentes in eadem Univerſitate ad majorem quietem et tran-

§. 22. Nova Conceſſio per Edw. III.

§. 23. Alia nova Conceſſio per Edw. III.

VARIAE LECTIONES.

[o] aut. H. fol. 62.
[p] puniri. H fol. 62.
[q] aut. H. fol. 153. &c.

quillitatem

quillitatem ejuſdem debite caſtigentur ac volentes Cancellarii dicte Univerſitatis pro tempore exiſtentis ſecuritati in premiſſis providere Volumus et concedimus pro nobis et heredibus noſtris qantum in nobis eſt quod Cancellarii ejuſdem Univerſitatis qui hactenus fuerunt vel ex nunc erunt aut eorum Commiſſarii vel loca tenentes occaſione impriſonamentorum Scolarium dicte Univerſitatis ſeu aliorum per ipſos Cancellarios pro conſervacione pacis noſtre et quiete Univerſitatis predicte ac punicione ac caſtigacione malefactorum hujuſmodi ibidem hactenus impriſonatorum ſeu ex nunc impriſonandorum illorum videlicet qui in eadem Univerſitate in villa et ſuburbiis predictis Scolaribus ſeu eorum ſervientibus ſeu aliis de juriſdiccione Univerſitatis predicte delinquentes inventi ſeu de maleficiis ibidem perpetratis notorie ſuſpecti vel convicti fuerint per brevia noſtra vel heredum noſtrorum de audiendo et terminando vel de falſo impriſonamento ſeu quovis alio colore in curiis noſtris vel heredum noſtrorum ſive aliis aut alibi nullatenus occaſionentur inquietentur moleſtentur in aliquo ſeu graventur Quare volumus et firmiter precipimus pro nobis et heredibus noſtris quod predicti Cancellarius et Major qui pro tempore fuerint omnes libertates predictas quatenus eedem libertates ipſos conjunctim vel ſeperatim contingunt imperpetuum habeant et eis gaudeant et utantur abſque impedimento noſtri vel heredum noſtrorum Juſticiariorum aut aliorum quorumcumque Hiis teſtibus venerabilibus patribus Johanne Cantuar' Archiepiſcopo tocius Anglie Primate Cancellario noſtro Henrico Lincoln' Epiſcopo Theſaurario noſtro R Dunolm' Epiſcopo Johanne Comite Cornub' fratre noſtro cariſſimo Willielmo de Monte acuto Roberto de Ufford Seneſcallo hoſpicii noſtri et aliis Dat' per manum noſtram apud Waltham duodecimo die Aprilis
§. 24. Edw. II. Anno regni noſtri decimo INSPEXIMUS eciam quandam confirmacionem quam dominus Edwardus quondam Rex Anglie Pater noſter fecit predictis Cancellario et Univerſitati ſuper quibuſdam ordinacionibus inter eoſdem Cancellarium et Scolares dicte Univerſitatis ex una parte et Burgenſes ejuſdem ville ex altera factis in hec verba EDWARDUS Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie et Dux Aquitanie omnibus ad quos preſentes

ſentes literere pervenerint ſalutem INSPEXIMUS quandam ordinacionem ſuper diverſis contencionibus et exaccionibus inter Cancellarium et Scolares Univerſitatis Oxon ex una parte et Majorem et Burgenſes ejuſdem Ville ex altera dudum motis ſuper quibuſdam gravaminibus et contumeliis hinc inde illatis coram celebris memorie domino Edwardo quondam Rege Anglie patre Edw. I. noſtro et conſilio ſuo ad parliamentum ſuum poſt Paſcha Anno regni ſui decimo actavo per ipſum Regem patrem [r] ſuum et conſilium ſuum factam et reſponſiones ejuſdem patris noſtri ſuper diverſis articulis in eadem ordinacione contentis continentem in hec verba CUM inter Cancellarium et Scolares Univerſitatis Oxon ex una parte et Majorem et Burgenſes ejuſdem ville ex altera diverſe contenciones et exacciones ſuper quibuſdam gravaminibus et contumeliis hinc inde illatis mote fuiſſent tandem coram ipſo dominio Rege et ejus conſilio ad parliamentum ſuum poſt Paſcha Anno regni ſui *viz.* regni Regis Edwardi filii Regis Henrici decimo actavo in preſencia Cancellarii et quorumdam Magiſtrorum predicte Univerſitatis plenariam poteſtatem habencium et eciam Majoris et Burgenſium ejuſdem ville mutuo conſenciencium contenciones et contumelie quecumque hinc inde illate uſque feſtum ſancti Johannis ante portam latinam conſenciente et concedente ipſo domino Rege in hunc modum conquieverunt *videlicet* Quod omnes [s] exacciones quas predicti Cancellarius et Scolares habuerunt vel habere poterunt verſus predictos Majorem et Burgenſes et eciam quas iidem Major et Burgenſes habuerunt vel habere poterunt verſus predictos Cancellarium et Scolares quoquo modo quacumque occaſione quarumcumque tranſgreſſionum uſque diem predictum hinc inde factarum quiete et integre remittantur irritentur et adnullentur Set quia domino Regi et ejus conſilio §. 25. viſum eſt quod per compoſicionem ſeu concordiam predictam nulla perſona ſingularis ab accione perſonali occaſione tranſgreſſionis ſibi perſonaliter illate poſſit vel debeat excludi Conceſſum eſt et proviſum bona fide hinc inde quod nec predictus

VARIAE LECTIONES.

[r] noſtrum. H. fol. 32. [s] acciones. H. fol. 14.

Cancel-

Cancellarius aut Scolares nec predicti Major et Burgenſes alicui conqueri ſe volenti occaſione alicujus tranſgreſſionis ante concordiam predictam ſibi illate auxilium nec conſilium exhibebunt aut juvamen vel aliquo modo ſuſtentabunt in placito illo proſequendo defendendo aut in aliquibus placitum illud tangentibus Et ſi forte contingat querelam aliquam temporibus retroactis factam coram Cancellario Univerſitatis predicte innovari iidem Cancellarius et Scolares pro ſe et [t] Cancellario impoſterum ſuccedentibus bona fide promiſerunt quod favorem majorem aut graciam ſeu ſuſtentacionem clerico quam laico cujuſcumque fuerit condicionis non impendent immo juris ordine [u] obſervato nullo [w] prehabito reſpectu ad perſonam quamcumque in querela illa rite procedent et debitum et feſtinum utrique parti facient
§. 26. juſticie complementum Et ad iſtam concordiam et eciam perpetuam pacem et firmam inter predictas partes decetero obſervandam predicti Major et Burgenſis firmiter et bona fide promiſerunt quod omnes libertates et liberas conſuetudines quas predicti Cancellarius et Scolares habent per cartas et conceſſiones domini Regis et progenitorum ſuorum et eciam omnes alias conſuetudines quibus iidem Cancellarius et Scolares racionabiliter uſi ſunt bene et firmiter tenebunt et fideliter teneri facient decetero
§. 27. ſine aliqua contradiccione ET quia viſum fuit eiſdem Majori et Burgenſibus quod predicti Cancellarius et Scolares quibuſdam conſuetudinibus in cartis domini Regis et progenitorum ſuorum ſibi factis abutuntur et quibuſdam uti nituntur que in cartis ſuis non continentur et que in exheredacionem ipſius domini Regis corone et dignitatis ſue leſionem manifeſte redundant iidem Major et Burgenſes quoſdam articulos ſubſcriptos ipſo domino Regi porrexerunt ſupplicantes ut auditis articulis illis et intellectis in preſencia tam ipſorum Majoris et Burgeſium quam predictorum Cancellarii et Scolarium debitum et perpetuum apponat reme-

VARIAE LECTIONES.

[t] Cancellariis H. fol. 15.

[u] in omnibus H. fol. 15.

[w] habito. H. fol. 15.

dium

dium et quibus articulis prout patet inferius cuique ſingulariter per ipſum dominum Regem et conſilium ſuum eſt reſponſum perpetuo duraturum INPRIMIS ubi predicti Major et Burgenſes queruntur quod cum per cartas domini Regis Cancellario et Univerſitati predicte factas et conceſſas quatuor Aldermanni et octo Burgenſes jurati ſint et aſſociati Majori et Ballivis ad pacem domini Regis obſervandam et ad malefactores arreſtandos et de nocte vagabundos et iidem tales contra pacem domini Regis attachient et areſtent predictus Cancellarius pro voluntate ſua eos facit deliberari Et preterea ipſos Aldermannos et Ballivos et alios quoſcumque manus injicientes in hujuſmodi malefactores citari facit coram eo ita quod per ſentenciam vel impriſonamentum ipſos redimat pro ſua voluntate AD quem articulum per dominum Regem eſt reſponſum Quod idem dominus Rex vult et concedit quod Cancellarius Univerſitatis predicte qui pro tempore fuerit habeat cogniciones quarumcumque tranſgreſſionum infra predictam Villam factarum ubi clericus fuerit una parcium exceptis placitis de morte[x] hominis et de mahemio Et vult quod de Ballivis ipſius domini Regis cognoſcat qui aliter ſe gerunt in officio ſuo quam facere debent Et ſi iidem Ballivi per Cancellarium ſe ſenciant gravatos veniant ad curiam Regis et ibidem juſticiam habebunt Et hoc concedit dominus Rex Univerſitati predicte pro voluntate ſua[y] AD hoc eciam quod predicti Burgenſes queruntur quod cum in carta domini Regis contineatur quod non liceat aliquibus Regratoribus aliqua victualia infra villam Oxon vel extra ad eandem Villam veniencia emere ante horam nonam et ſi fecerint quod victualia ſic empta ſint forisfacta et amiſſa predictus Cancellarius forisfacturam illam et amerciamenta inde proveniencia ſibi appropriat et uſurpat ſuper dominum Regem et Ballivos ſuos ad grave dampnum et deterioracionem firme ſue ville de Oxon AD quod reſpondit dominus Rex et vult Quod Cancellarius et Major in villa Oxon et Can-

vide §. 4.
§. 28.
vide §. 6.

VARIAE LECTIONES

[x] *deeſt* hominis. H. fol. 15.

[y] &c. H. fol. 15.

cellarius et Vicecomes domini Regis Oxon extra villam Oxon qui pro tempore fuerint de Forſtallatoribus illis habeant cognicionem Ita quod res forisfacte de aſſenſu Cancellarii et Majoris infra villam Oxon et eciam de aſſenſu Cancellarii et Vicecomitis extra villam Oxon dentur hoſpitali ſancti Johannis extra portam orientalem et per viſum eorundem in elemoſinam ipſius domini Regis Et hoc concedit dominus Rex pro ſua voluntate

§. 29. vide §. 7. Ad hoc eciam quod predicti Major et Burgenſes queruntur quod cum in carta domini Regis contineatur quod ſi laicus clerico tranſgrediatur et pro tranſgreſſione illa priſone committatur quouſque per conſideracionem Cancellarii clerico leſo ſatisfaciat quod Cancellarius laicum illum ſic impriſonatum redimit ita graviter quod fere deſtruitur quicumque fuerit et preterea laicum ſic impriſonatum per obligacionem[z] ſic ligat et eciam per obligacionem pecunie ſolvende ſi extunc tranſgrediatur quod multi de villa illa deſtruuntur et exheredantur Ad quod dominus Rex vult et reſpondit Quod Cancellarius qui pro tempore fuerit faciat facere emendaciones racionabiles tam de[a] clericis quam de clericis convictis coram eo de tranſgreſſione et quod capiat hincinde per obligacionem ſeu alio modo ſicut racionabiliter hucuſque fieri conſuevit ſecuritatem ſufficientem &c

§. 30. vide §. 14. Ad hoc eciam quod predicti Major et Burgenſes queruntur quod cum in carta domini Regis contineatur quod Ballivi Ville predicte juramentum ſuum facere debent in loco communi predicti Cancellarius et Scolares venire faciunt Ballivos illos coram eis ad eccleſiam beate Marie et ibi aliud juramentum de eis capiunt et jurare faciunt quod juramentum illud tenebunt pro ſe et heredibus ſuis et familia ſua nec permittunt illos in juramento illo faciendo excipere fidem in qua domino Regi tenentur et per idem juramentum eis injungunt quod remedium eis non perquirent in curia domini Regis vel per ejus conſilium in hiis que ipſos Cancellarium et Univerſitatem contingunt Ad quod dominus Rex

VARIAE LECTIONES.

[z] de terrae tenementis. H. fol. 15. [a] laicis. H. fol. 15.

prohibet

prohibet Quod Burgenſes predicti coram predicto Cancellario aliquod juramentum aliter non faciant niſi ſalva fide domini Regis et quod decetero non jurent quod conqueri ſe non debeant in curia domini Regis de tranſgreſſionibus ſibi factis ſi neceſſe fuerit ſet dominus Rex vult bene quod juramentum Aldermannorum et eciam octo et quinquaginta hominum ville predicte decetero fiat ſicut fieri conſuevit Ita [b] quod predicti Burgenſes non jurent niſi pro ſeipſis Et preceptum eſt Majori quod decetero ſcire faciat Cancellario quod ſit ad juramentum faciendum de Burgenſibus predictis ſecundum tenorem carte domini Regis

§. 31. Ad hoc eciam quod predicti Major et Burgenſes queruntur quod cum forisfactura emende et amerciamenta de carnibus et piſcibus putridis et incompetentibus pertineant domino Regi et Ballivis ſuis predicte Ville in quorumcumque mercatorum ejuſdem Ville ſeu aliorum manibus inveniantur predicti Cancellarius et Scolares per Procuratores ſuos Univerſitatis predicte ſibi forisfacturas emendas et amerciamenta illa appropriant ſine Warranto ut creditur ad grave dampnum Regis et firmariorum ſuorum ejuſdem Ville Ad quod dominus Rex vult et precipit Quod neque Cancellarius neque Major forisfacturas emendas vel amerciamenta talia percipiat ſet precipit et vult quod ſi tales carnes et piſces emantur et inde fiat querimonia quod Cancellarius et Major conjunctim inde habeant cognicionem et ſi res empta putrida vel incompetens inveniatur reddatur emptori pecunia ſua quam pro ea dedit et forisfactura et amerciamenta per ipſos Cancellarium et Majorem adjudicentur et per eoſdem liberentur Priori hoſpitalis ſancti Johannis predicti de dono domini Regis ad ſuam voluntatem &c

§. 32. Ad hoc eciam quod predicti Major et Burgenſes queruntur quod cum per cartam domini Regis non conceduntur alique libertates aliis in predicta Villa quam Scolaribus Univerſitatis predicte et [c] illi Scolares ſint exempti a communitate predicta ad reſpondendum coram eis vel ſimul cum ipſis de

VARIAE LECTIONES.

[b] tamen. H. fo. 16. [c] quod. H. fol. 16.

 aliquibus

aliquibus rebus ipſum dominum Regem vel communitatem predictam tangentibus predicti Cancellarius et Scolares per procuratores ſuos alios ſibi appropriant et qui non ſunt Scolares ut Ciſſores Barbatores Scriptores [d] Parcaminarios et hujuſmodi qui non ſunt de juriſdiccione ſua et qui habent in eadem Villa uxores familiam et mercandiſas ſuas et hoc ad grave dampnum domini Regis et firmariorum ſuorum AD quod per predictum Cancellarium et Magiſtros et eciam per predictos Majorem et Burgenſes unanimiter eſt concordatum quod decetero nullus gaudeat libertatibus ſeu privilegiis Univerſitatis predicte niſi clerici et eorum familia et ſervientes [e] Parcamenarii [f] Luminarii Scriptores Barbatores et alii homines de officio qui ſunt de robis ipſorum clericorum et ſi de mercandiſis aliquibus ſe intromittant
§. 33. ſint talliabiles ſimul cum Burgenſibus AD hoc eciam quod predicti Major et Burgenſes queruntur quod ubi ipſi ſolebant tenementa ſua in predicta Villa tradere et dimitere ad firmam pro voluntate ſua ad ſuſtentacionem ſuam et puerorum ſuorum predicti Cancellarius et Scolares non permittunt eos tenementa ſua ad terminum breviorem tradere quam ad terminum [g] trium annorum ad grave dampnum communitatis predicte AD quod dominus Rex vult et precipit Quod predicti Burgenſes non impediantur per predictos Cancellarium et Scolares et Procuratores ſuos quin tenementa ſua dare vendere poſſint et ad firmam dimittere prout ſibi viderit expedire Ita tamen quod fraus colluſio ſeu convencio non fiat per quod clerici dehoſpitentur vel eorum hoſpicia fiant cariora Et eciam quod clerici hoſpicia ſua primo
§. 34. lacata non dimittant contra conſuetudinem uſitatam AD hoc eciam quod predicti Major et Burgenſes queruntur quod cum quilibet liber homo racionabilem debeat habere ſummonicionem

VARIAE LECTIONES.

[d] pergamenarios. H. fol. 16. 34 pergaminatores. H. fol. 97. 129. 155. pergaminarios. H. fol. 47. 57.

[e] Pergamenarii. H. fol. 16. 34. 57. 130. 156. Pargamenarii. H. fol. 97. Pargamentarii. H. fol. 47.

[f] Liminarii. H. fol. 16. 34. 57. 97. 130. 156.

[g] decem. H. fol. 16. &c.

predictus

prediɛtus Cancellarius ad horam [h] prime eos facit ſummoneri quod ſint coram eo ad horam terciam et ſi non venerint facit eos excommunicare et [i] punire pro voluntate ſua AD quod per dominum Regem eſt concordatum et preceptum Quod homines commorantes in villa Oxon decetero ſummoneantur uno die quod compareant ad alium diem et non aliter ſet alii homines vagabundi ſummoneantur ad voluntatem ipſius Cancellari et ſecundum quod viderit racionabiliter eſſe faciendum et ſi neceſſe fuerit quod inquiſiciones fiant pro pace domini Regis obſervanda quod homines infra Villam commorantes veniant quacumque hora fuerint ſummoniti &c AD hoc eciam quod predicti §. 35.
Major et Burgenſes queruntur quod cum milites liberi homines et alii tranſeuntes per patriam hoſpitentur ad domos Burgenſium de Oxon et aliquis clericus Univerſitatis predicte accionem verſus tales extraneos movere voluerit juſte vel injuſte pro contractibus ſeu convencionibus forinſecis et extra comitatum factis predictus Cancellarius ad querelam clerici ſequeſtrare facit equitaturam et harnaſium talium extraneorum licet fuerint in ſervicio domini Regis aut alterius cujuſcumque magnatis et ſi hoſpes ille aliquem talem extraneum cum domino Rege aut alio magnate exiſtentem arreſtare et bona ſua retinere non audeat vel non poſſit ſet ipſum libere abire permittit Cancellarius ipſum [k] punit ut culpabilem tranſgreſſionis predicte AD quod dominus Rex vult et precipit Quod tranſeuntes per villam Oxon reſpondeant coram Cancellario de contractibus et tranſgreſſionibus factis Scolaribus infra villam Oxon et non de contractibus et tranſgreſſionibus forinſecis AD hoc eciam quod predicti Major et Bur- §. 36.
genſes queruntur quod cum aliquis laicus per clericum fuerit vulneratus ita quod de vita deſperetur predictus Cancellarius ipſum clericum petit ſibi deliberari priuſquam veritas de vita vel de morte vulnerati poterit ſciri et contradictores excommunicari facit AD quod dominus Rex vult et precipit Cancellario pre-

VARIAE LECTIONES.

[h] primam. H. fol. 16.
[i] puniri. H. fol. 16.
[k] hoſpitem. H. fol. 17.

dicte

dicte Univerſitatis firmiter injungendo quod nullum clericum in priſona detentum pro vulnere aut mahemio de priſona deliberet quouſque veritatem certam et indubitatam intelligat quod de morte aut mahemio non deſperetur et bene caveat [l] Cancellarius
§. 37. in hoc articulo quod omnibus faciat juſticiam AD hoc eciam quod predicti Major et Burgenſes queruntur quod cum predicti Cancellarius et Scolares clamant habere taxacionem domorum Bugenſium in quibus clerici inhabitant in Villa predicta et taxacio illa fieri debeat de ſeptennio in ſeptennium et per ſacramentum Magiſtrorum et Burgenſium predicti Cancellarius et Scolares et Procuratores ſui Univerſitatis. predicte Burgenſes ipſos jurare faciant de taxacione illa facienda de quinquennio in quinquennium nec permittunt magiſtros jurare propter quod taxaciones ille non ſunt racionabiliter facte ſicut de jure eſſe deberent ad grave dampnum Burgenſium et eciam Ville domini Regis et ſine warranto ut credunt AD quod dominus Rex vult et firmiter precipit Quod taxaciones domorum in villa Oxon fiant de quinquennio in quinquennium prout carta domini Regis vult [m] duos clericos et duos laicos juratos et ſi clerici jurent per ſacramentum quod fecerunt Univerſitati laici jurent per ſacramentum quod domino Regi fecerunt et ſi clerici novum faciant juramentum quod laici hoc faciant et in loco ubi
Verba Edw. Regis 2di. temporibus retroactis facere conſueverunt &c Nos autem ordinacionem predictam quam coram nobis venire fecimus ad requiſicionem diſcreti viri magiſtri Henrici de Harcla Cancellari Univerſitatis predicte acceptantes eam pro nobis et heredibus noſtris quantum in nobis eſt concedimus et confirmamus volentes et concedentes pro nobis et heredibus noſtris quod predicta ordinacio in omnibus et ſingulis ſuis articulis firmiter et inviolabiliter obſervetur ſecundum formam ſuperius annotatam In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes Teſte Me ipſo apud Weſtmonaſterium undecimo die Marcii Anno reg-

VARIAE LECTIONES

[l] ſibi. H. fol. 17.

[m] per. H. fol. 17. &c.

ni

ni noſtri octavo INSPEXIMUS inſuper quandam aliam car- §. 38.
tam quam nos nuper fieri fecimus in hec verba EDWARDUS Edw. III.
Dei gracia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie Archiepiſcopis Epiſcopis Abbatibus Prioribus Ducibus Comitibus Baronibus Juſticiariis Vicecomitibus Prepoſitis Miniſtris et omnibus Ballivis et fidelibus ſuis ſalutem INTER ceterea per que regnancium et regnorum exaltacio procuratur ac ſubditorum conſulitur commodis et quieti illud videtur attenta conſideracione precipuum ut in ipſorum regnorum regimine potencia et ſapiencia que de fluvio liberalis ſciencie potiſſime derivantur ſua communicent officia et mutuo ſe ſupportent nam poteſtas militaris niſi fuerit per ſapienciam regulata de facili deviat et velut navis ſine gubernaculo procellis expoſita cito perit et viſum eſt communiter accidere quod ubi ſtudium ſcienciarum liberalium plus invaluit illuc floruit eminencius milicia ſecularis et abſcedente hujuſmodi ſtudio milicie [n] ſtrenuitas eſt ſecuta Sane cum Univerſitas Oxon velut fons et alveus hujuſmodi ſtudii precipuus rore ſcientie liberalis regnum noſtrum Anglie eminantiſſime reſperſerit et ſicut vitis habundans multos in vinea Domini produxerit palmites fructuoſos viros videlicet literatiſſimos per quos tam ipſum regnum quam ejus ſacerdocium decoratum eſt et multipliciter roboratum Nos qui conſideracione premiſſa quietem et incrementum ipſius Univerſitatis corditer appetimus audita periculoſa diſcordia nuper inter Scolares ipſius Univerſitatis et homines dicte ville ſuſcitata et intellectis homicidiis incendiis depredacionibus et malis aliis ibi factis dolentes fuimus nimium et turbati videntes ipſam Univerſitatem peculiarem dicti regni theſaurum et ſuper aurum et thopaſion precioſum miſerabiliter deſolatam ac ſubverſioni patenter expoſitam ſi contra cunctos culpabiles facta fuiſſet proſecucio rigoroſa et proinde volentes parcere multidudi ſeveritati prout expedit detrahendo ut ſic ipſam Univerſitatem redintegrare et ſuper ipſius quiete perpetua [o] poſſumus melius et ſecurius per Dei graciam ordinare Quia tam

VARIAE LECTIONES.

[n] Sterilitas. H. fol. 74. [o] poſſimus. H. fol. 74.

Cancel-

Cancellarius et Scolares ipſius Univerſitatis quam Major et Communitas dicte ville ſuper omnibus ſic mutuo perpetratis et eorum reformacione ac dampnorum refuſione ſe bona ſua juriſdictiones ac jura libertates et privilegia eis per progenitores noſtros et nos conceſſa vel per eos uſitata diſpoſicioni noſtre et voluntati ſimpliciter ſubmiſerant nobis humiliter ſupplicantes ut ſuper hiis ordinare juxta noſtri beneplacitum dignaremur dictas ſubmiſſiones admiſſimus et juxta vim et effectum earumdem cepimus in manum noſtram dictam diſcordiam et omnia juriſdicciones libertates et privilegia tam Cancellario Magiſtris et Scolaribus ipſius Univerſitatis quam Majori Ballivis et hominibus dicte ville per progenitores noſtros et nos conceſſa vel per eos in preterito uſitata ac eciam compoſiciones et omnia alia in dictis ſubmiſſionibus plenius expreſſata prohibentes ſub gravi foriſfactura noſtra ne decetero mutuo ſe invadant ſet ab omnibus ceſſent injuriis

§. 39. contumeliis atque brigis Et ad revocandum diſperſos et aſſecurandum alios illuc venire volentes ordinavimus et mero motu noſtro conceſſimus pro nobis et heredibus noſtris quod omnes et ſinguli ibidem ſtudere volentes tam illi qui racione dicte turbacionis receſſerant quam alii illuc ſecure poſſunt accedere et morari quos omnes et ſingulos in proteccionem et defenſionem noſtras ſuſcepimus ſpeciales Et ut dictis Scolaribus et eorum ſervientibus ſecurior ad dictam Univerſitatem pateat regreſſus et aditus pardonavimus de gracia noſtra ſpeciali et ex plenitudine poteſtatis regie ac pro bono publico omnibus et ſingulis Magiſtris et Scolaribus et eorum ſervientibus omnimodas felonias roberias incendia et tranſgreſſiones per ipſos vel eorum aliquem in turbacione predicta perpetrata et firmam pacem noſtram eis inde conceſſimus nolentes quod ipſi Magiſtri Scolares vel eorum ſervientes ad ſectam noſtram vel aliorum pro dictis feloniis roberiis incendiis et tranſgreſſionibus impetantur moleſtentur in aliquo ſeu graventur Ad hec de gracia noſtra ſupradicta reſtituimus dictis Cancellario Magiſtris et Scolaribus omnia juriſdicciones jura libertates et privilegia ſic in manum noſtram capta ita quod eis et eorum ſingulis utantur et gaudeant prout ante turbacionem et

et capcionem prediҫtas uſi ſunt pariter et gaviſi ITEM cum §. 40
in Univerſitate prediҫta graves diſcordie pluries ſint exorte ex eo quod Cancellarius ipſius Univerſitatis et Major diҫte ville qui juxta conceſſionem noſtram ſuper hoc eis faҫtam debuerant aſſiſam panis et cerviſie communiter cuſtodire ſuper punicione in hac parte facienda maxime propter maliciam laicorum venditorum diҫtorum viҫtualium querencium in communi diſpendio lucra ſua non poterant faciliter conſentire Nos diſcordiis hujuſmodi que ex communione tali provenire poterunt volentes ut expedit obviare virtute ſubmiſſionis prediҫte ordinamus et concedimus pro nobis et heredibus noſtris et hac carta noſtra confirmamus quod Cancellarius ipſius Univerſitatis et Succeſſores ſui et eorum vices gerentes ſoli et inſolidum imperpetuum [p] in villa Oxon et ſuburbiis ejuſdem habeant cuſtodiam aſſiſe panis vini et cerviſie ac correccionem et punicionem ejuſdem cum finibus amerciamentis et proficuis aliis provenientibus in hac parte Reddendo nobis et heredibus noſtris centum ſolidos annuatim *viz* quinquaginta ſolidos ad Scaccarium noſtrum ſanҫti Michaelis et quinquaginta ſolidos ad Scaccarium noſtrum Paſche CONCEDIMUS §. 41.
eciam quod Cancellarius ſolus et inſolidum et ſucceſſores ſui vel eorum vices gerentes imperpetuum habeant cuſtodiam aſſiſe et aſſaie ac ſuperviſum menſurarum et ponderum in diҫta villa Oxon et ſuburbiis ejuſdem Ita quod ipſe Cancellarius vel ejus vices gerens quociens opus fuerit diҫta menſuras et pondera ſupervideat et ea que falſa invenerit comburi et deſtrui faciat et alia legalia et juſta deputet et conſignari faciat nec non tranſgreſſores quos in hac parte invenerit debite puniat et caſtiget Ita tamen quod forisfaҫture et alia proficua inde proveniencia liberentur per extraҫtas per diҫtum Cancellarium faciendas Majori et Ballivis diҫte ville levanda per eos in auxilium firme ſue ville §. 42.
prediҫte [q] ſi et prout haҫtenus eſt optentum ITEM concedimus eidem Univerſitati quod Cancellarius ejuſdem qui nunc eſt et ſucceſſores ſui vel eorum vices gerentes imperpetuum ſoli et

VARIAE LECTIONES.

[p] *deſunt* in villa Oxon et ſuburbiis ejuſdem. H. fol. 75.
[q] ſicut. H. fol. 75.

inſolidum habeant poteſtatem inquirendi et cognoſcendi de for-
ſtallatoribus et regratariis carnibus et piſcibus putridis vicioſis
et alias incompetentibus [r] in dicta villa Oxon et ſuburbiis ejuſdem
et ſuper hiis punicionem debitam faciendi ſic tamen quod foris-
facture et amerciamenta inde proveniencia per ipſum Cancellarium
adjudicentur et hoſpitali noſtro ſancti Johannis dicte ville libe-
§. 43. rentur prout eſt fieri conſuetum Et licet Major et Ballivi
Aldermanni ſeu alii homines dicte ville et ſuburbiorum ejuſdem
de premiſſis ſe non debeant intromittere volumus tamen et man-
damus quod ſuper hiis omnibus et ſingulis Cancellario dicte Uni-
verſitatis qui pro tempore fuerit pareant humiliter et inten-
§. 44. dant Item ad terrorem et vindictam malorum ac ſecurita-
tem et ſolacium bonorum ibidem proficiencium ordinamus et
concedimus pro nobis et heredibus noſtris quod Cancellarius
dicte Univerſitatis qui pro tempore fuerit ſcolares et laicos ibi-
dem contra ſtatuta Univerſitatis arma portantes et delinquentes
per incarceracionem et alias caſtigare debite valeat et punire et
arma que ſic contra dicta ſtatuta portata fuerint ut ſibi commiſſa
et forisfacta modo conſueto petere capere et habere ac hujuſmodi
delinquentes obſtinatos ſeu rebelles coram dicto Cancellario in
caſibus ad cognicionem ſuam ſpectantibus comparere et juri ſtare
non curantes a dictis Univerſitate et villa bannire et alias contra
eos per cenſuras eccleſiaſticas procedere prout in caſibus hujuſ-
§. 45. modi conſuetum eſt fieri temporibus retroactis Item cum ad
dictam Univerſitatem ad quam tam nobilium quam popularium
alienigenarum et indigenarum multitudo confluit deceant mun-
dicia et honeſtas volumus quod carerie et vici dicte ville [s] et ſu-
burbiorum ejuſdem a fimis ſordibus et fetoribus mundi con-
ſerventur et honeſti amotis truncis lignis et aliis pro tranſitu li-
bero honeſtate et mundicia nocituris et quod pavimenta dicte
ville [s] et ſuburbiorum ejuſdem ſemper cum et ubi opus fuerit con-
grue reparentur et quod Cancellarius dicte Univerſitatis qui pro

VARIAE LECTIONES.

[r] *deſunt* in dicta villa Oxon et ſuburbiis ejuſdem. H. fol. 75.

[s] *deſunt* et ſuburbiorum ejuſdem. H. fol. 75,

tempore

tempore fuerit et ejus vices gerens ad hoc homines dicte ville [s] et ſuburbiorum ejuſdem et alios quibus incumbit quos eidem Cancellario et ejus vices gerenti parere volumus in hac parte poſſit per cenſuras eccleſiaſticas compellere abſque proficuo ſuis uſibus applicando et quod prohibicio noſtra ſeu heredum noſtrorum ſi contra premiſſa facta fuerit vires non habeat nec effectum
Item cum laici plerumque ſicut ſcolaribus ſic et eorum §. 46.
ſervientibus ſint infeſti ordinamus concedimus et hac carta noſtra confirmamus pro nobis et heredibus noſtris quod cum miniſtri dicte Univerſitatis et ſervientes clericorum ad quotam aliquam ſolvendam de bonis ſuis in villa predicta [t] et ſuburbiis ejuſdem aſſidendi fuerint vel taxandi Cancellarius dicte Univerſitatis vel ejus vices gerens et non Major ſeu homines dicte ville dictos miniſtros et ſcolarium ſervientes *videlicet* [u] famulares ſcriptores [w] Alumniatores [x] Pargamentarios ad quotas hujuſmodi fideliter et racionabiliter prout alii homines dicte ville [y] et ſuburbiorum ejuſdem aſſeſſi fuerint juxta quantitatem bonorum ſuorum taxabilium imperpetuum aſſideant atque taxent et pecuniam ſic aſſeſſam per miniſtros ſuos levari faciant Majori et Ballivis dicte ville per indenturam liberandam et ſi homines dicte ville de taxacione per predictum Cancellarium male facta conqueſti fuerint ſuper hoc per miniſtros noſtros celeriter inquiratur et defectus qui repertus fuerit debite corrigatur Volu- §. 47.
mus autem et concedimus quod Cancellarii Univerſitatis predicte qui pro tempore erunt et eorum vices gerentes premiſſis omnibus et ſingulis eis in forma predicta conceſſis plene libere et integre gaudeant et utantur juxta formam ordinacionum et conceſſionum predictarum non obſtantibus privilegiis libertatibus conſuetudinibus ſeu compoſicionibus contrariis quibuſcumque

### VARIAE LECTIONES.

[t] *deſunt* et ſuburbiis ejuſdem. H. fol. 75.
[u] familiares. H. fol. 75.
[w] Illimniatores. H. fol. 75.
Liminatores. H. fol. 132
[x] Pergaminatores. H. fol. 75.
Pergamentarios. H. fol. 100. 158.
[y] *deſunt* et ſuburbiorem ejuſdem. H. fol. 75.

§. 48. ITEM volentes indempnitati proſpicere ſcolarium qui fuerunt in dicta turbacione de bonis ſuis depredati qui forſan timore irregularitatis non audent proſequi criminaliter contra depredatores hujuſmodi pro recuperacione bonorum ſuorum ſic furto vel vi ablatorum Conceſſimus de gracia noſtra ſpeciali pro nobis et heredibus noſtris quantum in nobis eſt omnibus et ſingulis Magiſtris et Scolaribus dicte Univerſitatis et eorum ſervientibus qui in dicta turbacione bona ſua ſic furto vel vi amiſerunt quod ipſi vel Cancellarius et Procuratores dicte Univerſitatis eorum nomine abſque inquietacione vel moleſtacione noſtri vel heredum noſtrorum ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcumque bona ſic furata vel depredata a dictis furibus et depredatoribus vel aliis quibuſcumque ad quorum manus hujuſmodi res pervenerint licite recipere et tenere poſſint licet contra dictos fures vel raptores ad penam ſanguinis non fuerint proſecuti

§. 49. ITEM ad majorem ſecuritatem et quietem ſtudencium in Univerſitate predicta pro perpetuo ordinamus et concedimus pro nobis et heredibus noſtris quod quilibet Vicecomes Oxon qui pro tempore erit in recepcione commiſſionis ſue juramentum preſtet corporale quod Magiſtros et Scolares Univerſitatis Oxon et eorum ſervientes pro viribus ab injuriis et violenciis proteget et defendet et pacem in Univerſitate predicta quantum in ipſo eſt faciet conſervari prefatiſque Cancellario et Scolaribus ad puniendos perturbatores pacis ibidem juxta privilegia et ſtatuta Univerſitatis predicte ſemper cum opus fuerit preſtabit conſilium et juvamen et ad privilegia libertates et conſuetudines dicte Univerſitatis defendenda pro viribus opem feret et quod a Subvicecomite ſuo et aliis miniſtris ſuis in comitatu predicto ſtatim cum poſt ſuſceptum officium ad caſtrum vel villam Oxon declinaverit in preſencia alicujus ex parte Univerſitatis ad hoc deputandi conſimile recipiet juramentum ad quod ipſos miniſtros per eundem Vicecomitem compelli volumus et arctari Hanc eciam formam jurandi volumus exnunc addi forme juramenti Vicecomitis dicti loci in recepcione commiſſionis ſue preſtari conſueti Ceterum quia ſuper penis pro ſecuriori conſervacione pacis

pacis ipſius Univerſitatis ſtatuendis ac ſuper aliis que juxta ſubmiſſiones [a] pacis ad perpetuam premiſſorum memoriam pie per Dei graciam facere proponimus jam ordinare non poſſumus variis et arduis negociis prepediti ordinacionem hujuſmodi nobis ſpecialiter reſervamus Hiis teſtibus venerabilibus patribus Johanne Archiepiſcopo Ebor' Anglie Primate Cancellario noſtro Willielmo Wynton' Epiſcopo Theſaurario noſtro Magiſtro Michaele de Northburgh electo London' confirmato Henrico Duce Lancaſtrie Willielmo de Bohun Northampton' Richardo Arundell Thoma de Bello Campo Warw' Rogero March Willielmo Sarum Johanne de Veer Oxon Comitibus Galfrido de Say et [a] Johanne de Grey de Rotherfield Seneſcallo hoſpicii noſtri et aliis Dat' per manum noſtram apud Turrim London viceſimo ſeptimo die Junii Anno regni noſtri Anglie viceſimo nono regni vero noſtri Francie ſextodecimo Nos autem conceſſiones ordinaciones et confirmaciones predictas in omnibus et ſingulis que dictos Cancellarium Magiſtros Scolares et Univerſitatem dumtaxat concernunt ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus noſtris quantum in nobis eſt prefatis Cancellario Magiſtris Scolaribus et Univerſitati et ſucceſſoribus ſuis concedimus et confirmamus ſicut carte et litere predicte racionabiliter teſtantur Verba Edw. III.

PRETEREA ob ſpecialem affeccionem quam ad dictam Univerſitatem nec non ad perſonas dilectorum clericorum noſtrorum Humfridi de Cherleton Cancellarii ejuſdem Univerſitatis et Lodewici fratris ejus gerimus et habemus volentes eiſdem Cancellario Magiſtris Scolaribus et Univerſitati ut iidem Magiſtri et Scolares quiecius in eadem Univerſitate morari et ſtudere valeant graciam facere ampliorem conceſſimus eis pro nobis et heredibus noſtris et hac carta noſtra confirmavimus quod licet predicti Cancellarius Magiſtri et Scolares Univerſitatis predicte vel eorum predeceſſores libertatibus et quietanciis in dictis cartis et literis contentis vel aliqua earundem aliquo caſu emergente hactenus uſi non fuerint ipſi tamen et eorum ſucceſſores libertatibus et quietanciis illis et earum qualibet in villa Oxon et ſub- §. 50.

VARIAE LECTIONES.

[a] predictas. H. fol. 76. [a] Philippo. H. fol. 76.

urbiis

urbiis ejuſdem ſine occaſione vel impedimento noſtri vel heredum noſtrorum Juſticiariorum Eſcaetorum Vicecomitum aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque decetero plene gaudeant et utantur imperpetuum Hiis teſtibus venerabilibus patribus Johanne Archiepiſcopo Ebor' Anglie Primate Cancellario noſtro Willielmo Wynton' Epiſcopo Theſaurario noſtro Michaele Epiſcopo London' Henrico Duce Lancaſtrie Willielmo de Bohun Northampton' Richardo Arundell Rogero March Comitibus Johanne de Cherleton Galfrido de Say Johanne de Grey Seneſcallo hoſpicii noſtri et aliis Dat' per manum noſtram apud Weſtmonaſterium viceſimo die Novembris

§. 51.
Verba Ric. II.

Anno regni noſtri Anglie triceſimo regni vero noſtri Francie decimo ſeptimo Inspeximus eciam quaſdam alias literas patentes ejuſdem Avi noſtri in hec verba Edwardus Dei gracia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie omnibus ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem Inspeximus duas

Literae Patentes Domini Regis Ed. III. ſuper confirmatione Compoſitionis inter Univerſitatem et Ric. Damory militem factae de juriſdictione in Hundredo ſive Suburbio extra Portam borealem.

literas patentes indentatas ſigillo communi Univerſitatis Oxon ac ſigillo dilecti et fidelis noſtri Richardi Dammory alternatim appoſitis conſignatas unius tenoris et continencie ſubſequentis Hec Indentura teſtatur quod cum inter Cancellarium Magiſtros et Scolares Univerſitatis Oxon ex una parte et dominum Richardum Damory Militem filium et heredem domini Richardi Damory Militis defuncti tenentem de Domino Rege ad feodi firmam hundredum extra portam borealem Oxon ex altera diverſa exacciones et clamea mota fuiſſent ſuper juriſdiccione libertatibus et privilegiis ex alterutra parte in dicto hundredo clamatis *videlicet* ſuper hoc quod dictus dominus Richardus clamat ibidem habere aſſaiam et aſſiſam panis vini et cerviſie fracte de omnibus tenentibus et reſidentibus infra hundredum illud ac emendas de punicionibus et correccionibus dicte aſſiſe fracte provenientes levare et percipere ſe conſueviſſe ac eciam clamat habere cogniciones placitorum in curiis ſuis ibidem de omnibus infra procinctum hundredi illius emergentibus et ad illud pertinentibus necnon amerciamenta ac alia proficua de hujuſmodi placitis proveniencia abſque ullo impedimento Et ſuper juriſdiccione libertatibus et privilegiis que dicti Cancellarius

Magiſtri

Magiſtri et Scolares clamant habere in dicto hundredo ſive ſuburbio extra portam borealem Oxon *videlicet*[b] dicti Cancellarius §. 52.
Magiſtri et Scolares clamant integram juriſdiccionem et equalem in dicto hundredo ſive ſuburbio ſicut alibi in villa Oxon et aliis ſuburbiis ejuſdem ac eciam quod dicti Cancellarius Magiſtri et Scolares clamant habere in dicto hundredo ſive ſuburbio inquiſicionem correccionem cohercionem et punicionem perturbatorum pacis et delinquencium contra ſtatuta conſuetudines libertates et privilegia ipſius Univerſitatis per incarceracionem bannicionem cenſuras eccleſiaſticas et aliis modis fieri conſuetis infra dictam Villam et alia ſuburbia ejuſdem. Et ſimiliter §. 53.
quod dictus Cancellarius nomine Univerſitatis in dicto hundredo ſive ſuburbio clamat habere cogniciones omnium cauſarum contractuum et placitorum rerum mobilium injuriarum et tranſgreſſionum ubi clericus vel alius de juriſdiccione Univerſitatis fuerit una parcium deductis placitis de morte et mahemio Et §. 54.
inſuper quod dicti Cancellarius Magiſtri et Scolares clamant habere in dicto hundredo ſive ſuburbio cognicionem correccionem et punicionem forſtallatorum et regratariorum ac omnium venditorum et emptorum victualium ibidem contra privilegia Univerſitatis Item quod dictus Cancellarius vel ejus vices gerens §. 55.
homines in dicto hundredo ſive ſuburbio commorantes et alios quibus incumbit clamat compellere ad vicos mundandos coram tenementis ſuis et ad pavimenta reparanda quociens et quando fuerit ibidem neceſſe Item quod clamant dicti Cancellarius §. 56.
Magiſtri et Scolares habere taxaciones domorum Scolarium in dicto hundredo ſive ſuburbio [c] taxare vel aſſidere miniſtros dicte Univerſitatis et ſervientes clericorum ac Stacionarios [d] Pergamentarios [e] Luminarios et Scriptores quociens et quando ad quotam aliquam ſolvendam de bonis ſuis ibidem aſſidendi fuerint vel taxandi Item quod clamat Cancellarius dicte Univerſi- §. 57.
tatis integram aſſiſam et aſſaiam menſurarum et ponderum in

VARIAE LECTIONES.

[b] Quod. H. fol. 77.
[c] et H. fol. 78.
[d] Pergamenarios. H. fol. 78.
[e] Illiminatores. H. fol. 78. Liminarios. H. fol. 102. 134. 160.

dicto

dicto hundredo ſive ſuburbio ſicut alibi in villa predicta et aliis ſuburbiis ejuſdem ac cohercionem correccionem et punicionem delinquencium in ea parte cum emendis finibus amerciamentis
§. 58. et proficuis aliis inde provenientibus Et quod clamat eciam dictus Cancellarius integram aſſiſam et aſſaiam panis vini et cerviſie in dicto hundredo ſive ſuburbio equaliter ſicut alibi in villa predicta et aliis ſuburbiis ejuſdem ac debitam correccionem et punicionem ejuſdem cum finibus amerciamentis et proficuis aliis
§. 59. inde provenientibus Super iſtis exaccionibus et clameis predictis auditis et ſufficienter intellectis racionibus et evidenciis hincinde coram domino Rege et conſilio ſuo die Martis proximo poſt feſtum tranſlacionis ſancti Thome Martiris Anno regni ſui *viz* Anno regni Regis Edwardi tercii poſt conqueſtum Anglie triceſimo et Francie decimo ſeptimo per mediacionem domini Johannis Ebor' Archiepiſcopi Cancellarii Anglie et domini Willielmi Wynton' Epiſcopi Theſaurarii Anglie inter partes predictas in hunc modum concordatum fuit ex unanimi conſenſu parcium predictarum ſi placeat domino Regi Quod [f] dictus Cancellarius Magiſtri et Scolares imperpetuum habeant juriſdiccionem in dicto hundredo ſive ſuburbio ſi ſuburbium aliquod infra dictum hundredum fuerit ſive non in citacionibus ſequeſtris et aliis pertinenciis juriſdiccioni in omnibus articulis infra ſcriptis *videlicet*
§. 60. Quod dicti Cancellarius Magiſtri et Scolares imperpetuum habeant in dicto hundredo ſive ſuburbio in forma predicta inquiſicionem correccionem cohercionem et punicionem perturbatorum pacis et convictorum ſuper pacis perturbacione ſeu delinquencium contra ſtatuta libertates conſuetudines vel privilegia dicte Univerſitatis ubi altera pars fuerit clericus vel ſerviens clerici aut miniſter Univerſitatis ſeu Stacionarius [g] Pergamentarius [h] Luminarius vel Scriptor per incarceracionem bannicionem cenſuras eccleſiaſticas et aliis modis fieri conſuetis infra Vil-

VARIAE LECTIONES.

[f] dicti. H. fol. 78.
[g] Pergamenarius. H. fol. 78.
[h] Illuminator. H. fol. 78.
Liminarius. H. fol. 102. 134. 161.

lam

lam prediƈtam et alia ſuburbia ejuſdem CONCORDATUM §. 61.
eſt [i] unanimi conſenſu inter partes prediƈtas et per ipſum dominum Richardum conceſſum pro ſe et heredibus ſuis ſi placeat domino Regi quod Cancellarius diƈte Univerſitatis qui pro tempore fuerit vel ejus vices gerens imperpetuum habeat in diƈto hundredo ſive [k] hundredo cognicionem agitacionem et deciſionem omnium cauſarum contraƈtuum et placitorum rerum mobilium ac injuriarum et tranſgreſſionum ubi clericus vel aliquis de ſua familia vel ſerviens [l] clericus ſeu miniſter Univerſitatis Bedellus ac Stacionarius [m] Pergamentarius [n] Luminarius vel Scriptor fuerit una parcium deduƈtis placitis de morte hominis et mahemio et de libero tenemento ITEM conceſſum eſt inter §. 62.
partes prediƈtas et per ipſum dominum Richardum quantum in eo eſt conceſſum pro ſe et heredibus ſuis ſi placeat domino Regi quod diƈtus Cancellarius qui pro tempore fuerit vel ejus locumtenens et ſui ſucceſſores imperpetuum habeant in diƈto hundredo ſive ſuburbio cognicionem de forſtallatoribus et regratariis ac omnibus venditoribus et emptoribus viƈtualium ibidem contra privilegia Univerſitatis de carnibus ſive piſcibus putridis et immundis vicioſis ſive alias incompetentibus et vino putrido vel corrupto et quibuſlibet aliis viƈtualibus ibidem minus bonis ac plenam habeant poteſtatem debite puniendi delinquentes in ea parte et forisfaciendi res ſic emptas vel venditas contra privilegia Univerſitatis Ita tamen quod res forisfaƈte dentur hoſpitali ſanƈti Johannis extra portam orientalem Oxon ITEM concordatum §. 63.
eſt inter partes prediƈtas ſi placeat domino Regi quod domus ſcolarium infra diƈtum hundredum ſive ſuburbium de quinquennio in quinquennium vel infra retaxentur ſi dominus domus hoc pecierit aut inhabitantes per eoſdem taxatores per quos taxantur domus ſcolarium infra diƈtam villam ET eciam §. 64.
quod cum miniſtri diƈte Univerſitatis et ſervientes clerico-

VARIAE LECTIONES

[i] etiam. H. fol. 78.
[k] ſuburbio. H. fol. 78.
[l] clerici. H. fol. 78.
[m] Pergamenarius. H. fol. 78.
[n] Illuminator. H. fol. 78.
Liminarius. fol. 102. 134. 161.

rum aut Stacionarii [o] Pergamentarii [p] Luminarii vel ſcriptores in dicto hundredo ſive ſuburbio commorantes ad quotam aliquam ſive taxam ſolvendam de bonis ſuis ibidem aſſidendi fuerint vel taxandi Cancellarius dicte Univerſitatis qui pro tempore fuerit vel ejus vices gerens et non alius nec alii eos fideliter et racionabiliter juxta quantitatem bonorum ſuorum taxabilium aſſideat atque taxet et pecuniam ſic aſſeſſam per miniſtros ſuos levari faciat collectoribus ibidem per indenturas liberandam

§. 65. ITEM concordatum eſt inter partes predictas et per dictum dominum Richardum conceſſum pro ſe et heredibus ſuis ſi placeat domino Regi quod Cancellarius dicte Univerſitatis qui pro tempore erit vel ejus vices gerens homines in dicto hundredo vel ſuburbio reſidentes ſive tenementa habentes imperpetuum habeat per cenſuras eccleſiaſticas vel alio quovis modo abſque proficuo ſuis uſibus applicando compellere ad vicos mundandos coram tenementis ſuis a fimis ſordibus fetoribus truncis lignis et aliis pro tranſitu libero honeſtate et mundicia nocituris et ad reparanda pavimenta ibidem quociens et quando opus fuerit in locis ibidem ſolitis paviari

§. 66. ITEM concordatum eſt inter dictas partes et per ipſum dominum Richardum conceſſum pro ſe et heredibus ſuis ſi placeat domino Regi quod Cancellarius dicte Univerſitatis [q] qui pro tempore erit vel ejus vices gerens nomine Univerſitatis imperpetuum habeat in dicto hundredo ſive ſuburbio integre aſſiſam et aſſaiam menſurarum et ponderum cum fortisfacturis finibus amerciamentis et aliis proficuis inde provenientibus ſet nichil habeat de lanis venditis et male menſuratis Et quod ipſe Cancellarius vel ejus vices gerens quociens et quando opus fuerit dicta menſuras et pondera ſupervideat et ea que falſa invenerit comburi et deſtrui faciat et alia legalia et juſta deputet et conſignari faciat nec non tranſgreſſores quos in hac parte invenerit debite puniat et caſtiget

§. 67. ITEM concor-

VARIAE LECTIONES.

[o] Pergamenarii. H. fol. 78.

[p] Illuminatores. H fol. 78. Liminarii. H. fol. 103. 135. 162.

[q] *deſunt* qui pro tempore erit vel ejus vices gerens nomine Univerſitatis. H. fol. 78.

datum

datum eſt [r] per ipſum dominum Richardum ſpecialiter conceſſum pro ſe et heredibus ſuis ſi placeat domino Regi quod Cancellarius dicte Univerſitatis qui pro tempore erit vel ejus vices gerens ſolus et inſolidum nomine Univerſitatis imperpetuum habeat in dicto hundredo ſive ſuburbio in forma predicta integre aſſiſam et aſſaiam panis vini et cerviſie ac debitam correccionem et punicionem ejuſdem aſſiſe fracte cum finibus emendis amerciamentis et proficuis aliis inde provenientibus HIIS omnibus et ſingulis premiſſis cum pertinenciis modo et forma predictis concordatum eſt unanimi conſenſu inter partes predictas et per ipſum dominum Richardum ſpecialiter conceſſum pro ſe et heredibus ſuis ſi placeat domino Regi quod dicta Univerſitas libere et quiete bene et in pace gaudeat imperpetuum et ea habeat abſque inquietacione moleſtacione ſeu contradiccione quacumque dicti domini Richardi vel heredum ſuorum per ſe aut ballivos ſeu miniſtros ſuos vel alios quoſcumque Et abſque hoc quod dictus dominus Richardus vel heredes ſui aut ballivi vel miniſtri ſui ſeu alii nomine ſuo vel heredum ſuorum in dicto hundredo ſive ſuburbio in forma predicta de aliquo premiſſorum ſe aliqualiter intromittant ET licet dictus dominus Richardus vel heredes ſui non debeant per ſe nec per ſuos intromittere de aliquo premiſſorum vult tamen ipſe pro ſe et heredibus ſuis quod omnes in dicto hundredo ſive ſuburbio ut dictum eſt reſidentes ſuper hiis omnibus et ſingulis Cancellario dicte Univerſitatis qui pro tempore erit pareant humiliter et intendant Salvis dicto domino Richardo et heredibus ſuis omnibus aliis juribus dicto hundredo ſive dominio ſuo ibidem pertinentibus In cujus rei teſtimonium uni parti hujus indenture penes dictos Cancellarium Magiſtros et Scolares reſidenti dictus dominus Richardus ſigillum ſuum appoſuit alteri vero parti penes dictum [s] Richardum reſidenti ſigillum commune dicte Univerſitatis eſt appenſum Hiis teſtibus venerabilibus patribus domino Johanne Dei gra-

§. 68.

VARIAE LECTIONES.

[r] et. H. fol. 79.

[s] dominum. H. fol. 162.



cia

cia Archiepiſcopo Ebor' Anglie Primate et Cancellario Willielmo Dei gracia Wynton' Epiſcopo Anglie Theſaurario predictis Domino Johanne de Wynwyk Clerico ſigilli privati dominis Willielmo de Shareſhull Roberto de Thorp' Richardo de Wyllugby Henrico de Grene Militibus ac Juſticiariis domini Regis et aliis Dat' apud Weſtmonaſterium die et anno ſupradictis

§. 69. Aliae Literae Regis Edw. III. de confirmatione Indenturae praecedentis.

Nos AUTEM qui ad dictam Univerſitatem que velut vitis habundans per excercicium liberalis ſciencie innumeros produxit palmites fructuoſos Viros *videlicet* providos et diſcretos qui ſicut novelle olivarum frondentes et fecundantes in fructu nedum regnum noſtrum Anglie ſet orbem terrarum in circuitu intellectus et ſapiencie dulcedine repleverunt privelegio dileccionis afficimur conſiderantes concordiam inter partes predictas factam [t] et quietem et commodum ipſius Univerſitatis reſpicere et viam dampnis et periculis precludere que ex diſſenſione preſcripta ſi duraſſet timebantur veriſimiliter proveniſſe dictam proinde concordiam de licencia noſtra ſpeciali factam corditer acceptamus et approbamus et ipſam ac omnia et ſingula contenta in indentura predicta quatenus ad nos attinet mero motu et ex certa ſcientia confirmamus

§. 70. ET ad majorem roboris firmitatem volumus et concedimus pro nobis et heredibus noſtris quod Cancellarius Magiſtri et Scolares Univerſitatis predicte qui nunc ſunt vel qui erunt pro tempore habeant teneant et excerceant omnia et ſingula contenta in indentura predicta infra ſuburbium et hundredum predicta juxta formam et conceſſionem prefati Richardi ſuperius annotatam libere pacifice et quiete ac imperpetuum ſine inquietacione noſtri et heredum noſtrorum ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcumque non obſtante quod idem Richardus dictum hundredum ad quod aliqua [u] ſic per ipſum Richardum conceſſa pretenduntur competere de nobis tenere in capite dinoſcatur Juribus aliis eidem Richardo et heredibus ſuis racione hundredi predicti competentibus in omnibus ſemper ſalvis

VARIAE LECTIONES.

[t] ut premittitur. H. fol. 80. 162. [u] *deeſt* ſic. H. fol. 80.

IN

In Cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes Teſte me ipſo apud Weſtmonaſterium ſextodecimo die Julii Anno regni noſtri Anglie triceſimo regni vero noſtri Francie decimo ſeptimo INSPEXIMUS inſuper quaſdam alias literas patentes ejuſdem Avi noſtri in hec verba EDWARDUS Dei gracia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie univerſis et ſingulis Juſticiariis Vicecomitibus Miniſtris et aliis ballivis et fidelibus ſuis ad quecumque officia in comitatu Oxon infra libertates et extra exequenda et facienda aſſignatis et aſſignandis ad quos preſentes litere pervenerit ſalutem SCIATIS quod cum per cartam noſtram de gracia noſtra ſpeciali inter alia conceſſum ſit pro nobis et heredibus noſtris Cancellario Univerſitatis Oxon quod ipſe et ſucceſſores ſui et eorum vices gerentes imperpetuum habeant cuſtodiam aſſiſe panis vini et cerviſie [w] ad correccionem et punicionem ejuſdem cum finibus amerciamentis et proficuis aliis provenientibus in hac parte reddendo nobis et heredibus noſtris centum ſolidos annuatim *viz* quinquaginta ſolidos ad Scaccarium noſtrum ſancti Michaelis et quinquaginta ſolidos ad Scaccarium noſtrum Paſche AC ECIAM quod idem Cancellarius ſolus et inſolidum ac ſucceſſores ſui vel eorum vices gerentes imperpetuum habeant cuſtodiam aſſiſe et aſſaie ac superviſum menſurarum et ponderum in dicta villa Oxon et ſuburbiis ejuſdem ita quod ipſe Cancellarius vel ejus vices gerens quociens opus fuerit dicta menſuras et pondera ſupervideat et ea que falſa invenerit comburi et deſtrui faciat et alia legalia et juſta deputet et conſignari faciat necnon tranſgreſſores quos in hac parte invenerit debite puniat et caſtiget Ita tamen quod forisfacture et alia proficua inde proveniencia liberentur per extractas per dictum Cancellarium faciendas Majori et Ballivis dicte ville levanda per eos in auxilium firme ſue ville predicte [x] ſi et prout hactenus eſt optentum ET quod Clericus Mercati ſe in preſencia noſtra vel heredum noſtrorum decetero non intromittat infra burgum il-

Ric. II. §. 71. Edw. III.

vide §. 40.

§. 72. vide §. 41.

§. 73.

VARIAE LECTIONES.

[w] ac. H. fol. 81.    [x] ſicut. H. fol. 81.

lum

lum aut ſuburbia ejuſdem de officio [y] illo exercendo de aliqua re
§. 74. vide §. 42. eundem burgum vel ſuburbia tangente Et eciam conceſſum exiſtat eidem Univerſitati quod Cancellarius ejuſdem qui nunc eſt et ſucceſſores ſui vel eorum vices gerentes imperpetuum ſoli et inſolidum habeant poteſtatem inquirendi et cognoſcendi de forſtallatoribus et regratariis carnibus et piſcibus putridis viciosis et aliis incompetentibus et ſuper hiis punicionem debitam faciendi Sic tamen quod foriſfacture et amerciamenta inde proveniencia per ipſum Cancellarium adjudicentur et hoſpitali noſtro ſancti Johannis dicte ville liberentur prout eſt fieri conſuetum
§. 75. vide §. 43. Et quod licet Major Ballivi Aldermanni ſeu alii homines dicte ville et ſuburbiorum ejuſdem de premiſſis non debeant ſe intromittere ipſi tamen Major Ballivi Aldermanni et alii homines predicti ſuper hiis omnibus et ſingulis Cancellario [z] dicte Univerſitatis qui pro tempore fuerit pareant humiliter et intendant prout in carta noſtra predicta plenius continetur
§. 76. Nos ut premiſſa ſic per nos conceſſa noticie veſtre plenius manifeſtentur ea vobis duximus teſtificanda per preſentes vobis et cuilibet veſtrum diſtricte demandantes quod preſente teſtificacione noſtra coram vobis cum opus fuerit oſtenſa et per vos inſpecta quam penes dictum Cancellarium ex certis cauſis remanere volumus receptaque inde penes vos quadam copia ſi vobis videatur expedire dictum Cancellarium libertatibus predictis plene uti et gaudere et ipſum vel ejus vices gerentem ſolum et inſolidum execucionem de premiſſis prout [a] pretenduntur in [b] dictis villa et ſuburbiis abſque impedimento aliquo facere permittatis juxta tenorem conceſſionum noſtrarum predictarum vos inde in aliquo infra [c] eadem villam et ſuburbia nullatenus intromittentes contra tenorem conceſſionum earundem Teſte me ipſo apud Weſtmonaſterium decimo die Januarii Anno regni noſtri Anglie triceſ-

VARIAE LECTIONES

[y] ſuo H. fol. 81.
[z] ejuſdem.
*deeſt* dicte. H. fol. 82.
[a] pretenditur. H. fol. 82.
[b] predicta. H. fol. 82.
[c] eandem. H. fol. 82.

ſimo

ſimo ſecundo regni vero noſtri Francie decimo nono Nos **AUTEM** conceſſiones ordinaciones libertates juriſdicciones confirmaciones et omnia et ſingula in carta et literis predictis contenta quatenus dictos Cancellarium Magiſtros Scolares et Univerſitatem Oxon dumtaxat concernunt rata habentes et grata ea pro nobis et heredibus noſtris quantum in nobis eſt dilectis nobis nunc Cancellario Magiſtris et Scolaribus dicte Univerſitatis et eorum ſucceſſoribus imperpetuum ibidem commorantibus et commoraturis de gracia noſtra ſpeciali ac de aſſenſu concilii noſtri approbamus ratificamus et tenore preſencium concedimus et confirmamus ſicut carta et litere predicte racionabiliter teſtantur Preterea ex uberiori gracia noſtro de aſſenſu concilii noſtri conceſſimus [d] ea pro nobis et heredibus noſtris et hac carta noſtra confirmavimus quod licet iidem Cancellarius Magiſtri et Scolares vel eorum predeceſſores libertatibus quietanciis priveligiis et juriſdiccionibus in carta et literis predictis contentis vel aliqua eorundem aliquo caſu emergente hactenus plene uſi non fuerint ipſi tamen et eorum ſucceſſores omnibus et ſingulis libertatibus quietanciis juriſdiccionibus et privilegiis predictis ſibi ut predictum eſt conceſſis abſque impedimento noſtri vel heredum noſtrorum Juſticiariorum Eſcaetorum Vicecomitum aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque exnunc plene gaudeant et utantur imperpetuum Hiis teſtibus venerabilibus patribus S. Cantuar' Archiepiſcopo tocius Anglie Primate A Meneven' Cancellario Thoma Exon' Theſaurario noſtro Thoma Karl' et R Sarum Epiſcopis Johanne Rege Caſtelle et Legionis Duce Lancaſtrie Edmundo Comite Cantebrigie Avunculis noſtris cariſſimis Edmundo de mortuo Mari March Richardo Arundell et Willielmo de Monte acuto Sarum Comitibus Henrico [e] Leſcrop' Richardo de Stafford Richardo [e] Leſcrop' Seneſcallo hoſpicii noſtri et aliis Dat' per manum noſtram apud Weſtmonaſterium viceſimo die Julii Anno regni noſtri ſecundo

§. 77. Verba Rich. II.

VARIAE LECTIONES

[d] *deeſt* ea. H. fol. 105.  [e] Le Scrop. H. fol. 105.

IN-

§. 78. Verba Ed. IV. INSPEXIMUS eciam quandam aliam cartam quam predictus nuper Rex Richardus fieri fecit in hec verba RICHARDUS Dei gracia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie Archiepiſcopis Epiſcopis Abbatibus Prioribus Ducibus Comitibus Baronibus Juſticiariis Vicecomitibus Prepoſitis Majoribus Ballivis Miniſtris et omnibus aliis fidelibus ſuis ſalutem SCIATIS quod de gracia noſtra ſpeciali et pro quiete ſalvacione et augmentacione Univerſitatis Oxon conceſſimus et hac carta noſtra confirmavimus pro nobis et heredibus noſtris Cancellario et Scolaribus [f] ejusdem Univerſitatis quod ipſi et ſucceſſores ſui imperpetuum habeant privilegia et libertates ſubſcripta *videlicet* QUOD Cancellarius predicte Univerſitatis et ſucceſſores ſui et eorum commiſſarii et locumtenentes coram ſeipſis imperpetuum habeant cognicionem omnimodorum placitorum perſonalium tam debitorum compotorum et quorumcumque aliorum contractuum et injuriarum quam tranſgreſſionum contra pacem et meſpriſionum et omnium aliarum accionum perſonalium infra villam Oxon et ſuburbia ejuſdem et alia loca quecumque infra procinctum Univerſitatis predicte factorum felonia et mahemio dumtaxat exceptis ubi Magiſter [g] et Scolaris ſeu Serviens Magiſtri vel Scolaris aut communis miniſter vel aliqua quecumque perſona que aliquibus privilegiorum vel libertatum dicte Univerſitatis gaudere debeat quos predictus Cancellarius vel ſucceſſores ſui aut eorum commiſſarii ſive locumtenentes pro talibus calumpniare voluerit eſt vel erit una parcium tam de hujuſmodi placitis jam pendentibus in quacumque placea exiſtat quam pro tempore futuro in-
§. 79. cipendis ET hujuſmodi placita teneant in quocumque loco infra villam predictam et ſuburbia ejuſdem et in aliis locis quibuscumque infra procictum predicte Univerſitatis eis placuerit et inde execucionem ſecundum eorum leges et conſuetudines vel per legem regni noſtri ad voluntatem predicti Cancellarii et ſucceſſorum ſuorum commiſſariorum ſeu locumtenencium ſuorum faciant Et de hujuſmodi tranſgreſſionibus tam ex officio quam

VARIE LECTIONES.

[f] dicte.
*deeſt* ejuſdem. H. fol. 108.

[g] vel. H. fol. 108.

ad

ad ſectam partis per ſcolares et laicas gentes ejuſdem ville et per alios inquirant et omnia hujuſmodi placita coram dicto Cancellario et ſucceſſoribus ſuis eorum commiſſariis ſive locumtenentibus in forma predicta audiant et terminent et tranſgreſſores contra pacem inventos culpabiles per incarceracionem vel alio modo racionabili debite caſtigent Et quod tam Juſticiarii ad placita coram nobis et heredibus noſtris tenenda aſſignati et aſſignandi ac Juſticiarii noſtri et heredum noſtrorum tam de communi banco quam alii Judices quicumque in preſencia [h] et abſencia noſtra et heredum noſtrorum prefato Cancellario et ſucceſſoribus ſuis ac eorum commiſſariis et locumtenentibus de omnimodis placitis ſupradictis faciant allocacionem ſine difficultate vel impedimento quocumque Et quod nul- §. 80.
lus Juſticiarius ſive Judex in preſencia vel abſencia noſtra ſeu heredum noſtrorum Vicecomes Major Ballivus ſeu alius miniſter quicumque de hujuſmodi placitis vel aliquibus eorundem ſe intromittat nec partem ad reſpondendum inde coram ipſis ponat ſet quod pars illa coram dicto Cancellario et ſucceſſoribus ſuis eorum commiſſariis ſive locumtenentibus inde ſolummodo caſtigetur et puniatur in forma predicta Et quod idem Cancel- §. 81.
larius et ſucceſſores ſui eorum commiſſarii ſive locumtenentes ſupradicti imperpetuum execucionem de univerſis perſonis coram ſeipſis de hujuſmodi tranſgreſſionibus et meſpriſionibus convictis et aliis manutenentibus fieri et tranſgreſſores infra caſtrum noſtrum Oxon et alibi in dicta villa et ſuburbiis ejuſdem juxta diſcrecionem ſuam impriſonari faciant Et quod Vicecomes §. 82.
Oxon ſeu cuſtos caſtri predicti aut Major et Ballivi ville predicte pro tempore exiſtentes hujuſmodi tranſgreſſores ad ordinacionem et mandatum predicti Cancellarii et ſucceſſorum ſuorum et eorum commiſſariorum et locumtenencium recipere cuſtodire et deliberare teneantur Hiis teſtibus venerabilibus patribus R London' W Wynton' Cancellario noſtro et W Dunolm' Epiſcopis cariſſimo Avunculo noſtro Johanne Duce Aquitannie et Lancaſtrie Richardo Arundell Thoma de bello Campo Warre-

VARIAE LECTIONES.

[h] vel. H. fol. 164.

F wyk'

wyk' et cariſſimo Fratre noſtro Johanne de Holand' Huntingdon' Comitibus Johanne Devereux Seneſcallo hoſpicii noſtri Johanne de Cobeham Magiſtro Edmundo de Stafford' Cuſtode privati Sigilli noſtri et aliis Dat' per manum noſtram apud Weſtmonaſterium quintodecimo die Julii anno Regni noſtri quartodecimo

§. 84. Verba Ed. IV.

Nos autem [i] cartas predictas de hujusmodi libertatibus francheſiis quietanciis privilegiis et juriſdiccionibus ac omnia et ſingula in eiſdem contenta rata habentes et grata ea pro nobis et heredibus noſtris quantum in nobis eſt acceptamus approbamus et ea dilectis nobis nunc Cancellario Magiſtris et Scolaribus Univerſitatis predicte et eorum ſucceſſoribus [k] concedimus et confirmamus prout carte [l] predicte racionabiliter teſtantur Preterea volentes prefatis Cancellario Magiſtris et Scolaribus graciam in hac parte facere uberiorem conceſſimus pro nobis et heredibus noſtris et hac carta noſtra confirmavimus eiſdem Cancellario Magiſtris et Scolaribus et eorum ſucceſſoribus quod licet ipſi vel eorum predeceſſores aliquo vel aliquibus libertatum [m] francheſiarum quietanciarum privilegiorum et juriſdiccionum in cartis [n] predictis contentorum aliquo caſu emergente hactenus plene uſi non fuerint iidem tamen Cancellarius Magiſtri et Scolares et eorum ſucceſſores libertatibus quietanciis privilegiis et juriſdiccionibus illis et eorum quolibet exnunc plene gaudeant et utantur imperpetuum ſine occaſione vel impedimento noſtri vel heredum noſtrorum Juſticiariorum Eſcaetorum Vicecomitum aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum vel heredum noſtrorum quorumcumque

§. 85. Repetitio Cartae Regis Ric. 2di proxime praecedentis per Edw. 4.

Et insuper cum predictus Richardus nuper Rex Anglie per cartam ſuam conceſſerit dilectis ſibi in Chriſto Cancellario et Scolaribus Univerſitatis Oxon quod Cancellarii ejuſdem Univerſitatis et ſucceſſores ſui et eorum Commiſſarii et locumtenentes coram ſeipſis imperpetuum [o] haberent cognicionem omnimodorum placitorum perſonalium

VARIAE LECTIONES.

[i] Nos autem conceſſiones ordinationes libertates juriſdictiones privilegia concordias et confirmationes predicta (quatenus dictos Cancellarium Magiſtros Scholares et Univerſitatem Oxon duntaxat concernunt) rata habentes. H. fol. 165.

[k] de gratia noſtra ſpeciali. H. fol. 165.

[l] et litere. H. fol. 165.

[m] *deeſt* francheſiarum. H. fol. 165.

[n] et literis. H. fol. 165.

[o] habeant. H. fol. 165.

tam

tam debitorum compotorum et quorumcumque aliorum contractuum et injuriarum quam tranſgreſſionum contra pacem et meſpriſionum et omnium aliarum accionum perſonalium infra villam Oxon et ſuburbia ejuſdem et alia loca quecumque infra procinctum Univerſitatis predicte factorum felonia et mahemio dumtaxat exceptis ubi Magiſter [p] et Scolaris ſeu ſerviens Magiſtri vel Scolaris aut communis miniſter vel alia quecumque perſona que aliquibus privilegiorum vel libertatum dicte Univerſitatis gaudere [q] deberet quos predictus Cancellarius vel ſucceſſores ſui aut eorum Commiſſarii ſive locumtenentes pro talibus calumpniare [r] voluerit erat vel foret una parcium tam de hujuſmodi placitis tunc pendentibus in quacumque placea extiterant quam extunc incipiendis Et hujuſmodi placita [s] tenerent in quocumque §. 86.
loco infra villam predictam et ſuburbia ejuſdem et in aliis locis quibuſcumque infra procinctum predicte Univerſitatis eis [t] placerit et inde execucionem ſecundum eorum leges et conſuetudines vel per legem Regni ſui ad voluntatem predicti Cancellarii et ſucceſſorum ſuorum commiſſariorum ſeu locumtenencium ſuorum facerent et de hujuſmodi tranſgreſſionibus tam ex officio quam ad ſectam partis per ſcolares et laicas gentes ejuſdem ville et per alios inquirant et omnia hujuſmodi placita coram dicto Cancellario et ſucceſſoribus ſuis eorum commiſſariis ſive locumtenentibus in forma predicta [u] audirent et terminarent et tranſgreſſiores contra pacem inventos culpabiles per incarceracionem vel alio modo racionabili debite [w] caſtigarent Et quod §. 87.
tam Juſticiarii ad placita coram ipſo Richardo nuper Rege et heredibus ſuis tenenda aſſignati vel aſſignandi ac Juſticiarii ſui et heredum ſuorum tam de communi banco quam alii Judices quicumque in preſencia et abſencia ejuſdem [x] nuper Regis et heredum ſuorum prefato Cancellario et ſucceſſoribus ſuis ac eorum

VARIAE LECTIONES.

[p] vel. H. fol. 165.
[q] debeat. H. fol. 165.
[r] voluerint. H. fol. 165.
[s] teneant. H. fol. 165.
[t] placuerit. H. fol. 165.
[u] audiant et terminent. H. fol. 166.
[w] caſtigent. H. fol. 166.
[x] Richardi. H. fol. 166.

 com-

commiſſariis et locumtenentibus de omnimodis placitis ſupra-
dictis [y] facerent allocacionem ſine difficultate vel impedimento
§. 88. quocumque Et quod nullus Juſticiarius ſive Judex in preſen-
cia vel abſencia ipſius [z] nuper Regis ſeu heredum ſuorum Vice-
comes Major Ballivus ſeu alius miniſter quicumque de hujuſ-
modi placitis vel aliquibus eorundem ſe intromittat nec partem
ad reſpondendum inde coram ipſis [a] poneret ſet quod pars
illa coram dicto Cancellario et ſucceſſoribus ſuis eorum Com-
miſſariis ſive locumtenentibus inde ſolummodo [b] caſtigaretur et
§. 89. puniretur in forma predicta Et quod idem Cancellarius et
ſucceſſores ſui eorum Commiſſarii ſive locumtenentes ſupradicti
imperpetuum execucionem de univerſis perſonis coram ſeipſis de
hujuſmodi tranſgreſſionibus et meſpriſionibus convictis et aliis
manutenentibus fieri et tranſgreſſores infra caſtrum noſtrum
Oxon et alibi in dicta villa et ſuburbiis ejuſdem juxta diſcrecionem
§. 90. ſuam [c] impriſonare facerent Et quod Vicecomes Oxon ſeu
Cuſtos caſtri predicti aut Major et Ballivi ville predicte pro tem-
pore exiſtentes hujuſmodi tranſgreſſores ad ordinacionem et
mandatum predicti Cancellarii et ſucceſſorum ſuorum ac eorum
Commiſſariorum et locumtenencium recipere cuſtodire et de-
liberare [d] tenerentur prout in cartis et confirmacione predictis
§. 91. plenius continetur Et quia ex humili inſinuacione di-
lectorum nobis in Chriſto nunc Cancellarii et Scolarium Uni-
verſitatis predicte intelleximus quod ipſi ac predeceſſores ſui pro
eo quod procinctus ville predicte per certas metas et bundas in
ſpeciali in cartis et confirmacionibus ſibi in ea parte factis et
conceſſis non limitatur ac pro eo quod quedam de libertatibus et
privilegiis ſibi conceſſis ſub verbis generalibus conceduntur ſepius
fuerunt et ſunt [e] impedite quo minus ipſi libertatibus et privilegiis
illis juxta piam intencionem progenitorum noſtrorum predicto-
rum uti poſſint et gaudere Nos Univerſitatem noſtram predictam

Hic deſcendit Rex Edw. 4. ad confirmationem Cartae Regis Hen. 4. dat' apud Weſtm' 13° Maii anno Regni 2°, nulla tamen ipſius Authoris mentione facta.

VARIE LECTIONES.

y faciant. H. fol. 166.
z Richardi. H. fol. 166.
a ponat. H. fol. 166.
b caſtigetur et puniatur. H. fol. 166.
c impriſonari faciant. H. fol. 166.
d teneantur. H. fol. 166.
e impediti. H. fol. 166.

in

in omnibus libertatibus et privilegiis ſuis juxta vim formam et effectum eorundem protegere et defendere et omnes ambiguitates ac controverſias infuturum delere volentes ob Dei reverenciam ac in Univerſitate predicta ſtudencium augmentum et multiplicacionem infuturum necnon ob ſpecialem [f] et internam affeccionem et dileccionem quam ad perſonam precariſſimi conſanguinei noſtri ac venerabilis in Chriſto patris Georgii Epiſcopi Exon Cancellarii Univerſitatis predicte ſuis exigentibus meritis et obſequiis gerimus et habemus de gracia noſtra ſpeciali volumus concedimus et hac [g] preſenti carta noſtra declaramus et confirmamus pro nobis et heredibus noſtris quantum in nobis eſt quod procinctus Univerſitatis predicte limitetur fiat [h] ſit et ſe extendat ab orientali parte ejuſdem ville uſque ad Hoſpitale ſancti Bartholomei juxta Oxon et ab occidentali parte uſque ad villam de Boteley et a parte boreali ejuſdem ville uſque ad [i] portum vocatum Godſtowe Brygge et ab auſtrali parte ejuſdem ville uſque ad quendam boſcum vocatum Bagley et ſic in circuitu per loca predicta et quemlibet locum eorundem imperpetuum Ac eciam §. 92.
volumus et concedimus et hac [k] preſenti carta noſtra confirmamus pro nobis et heredibus noſtris quantum in nobis eſt quod predictus Cancellarius et ſucceſſores ſui ac eorum Commiſſarii et locumtenentes omnia et ſingula libertates et privilegia predicta tam in preſencia quam in abſencia noſtra et heredum noſtrorum infra hujuſmodi procinctum dicte Univerſitatis per nos ſic factum et limitatum imperpetuum habeant et teneant ac eis et eorum quolibet plene gaudeant et utantur ET quod idem Cancel- §. 93.
larius et ſucceſſores ſui ac eorum Commiſſarii et locumtenentes tam in preſencia noſtra quam in abſencia noſtra et heredum noſtrorum tam de hujuſmodi tranſgreſſionibus et meſpriſionibus quam de extorſionibus ignoranciis negligenciis exceſſibus conſpiracionibus confederacionibus cambiparciis ambidextriis manutenenciis falſis alliganciis nocumentis forſtallariis regratariis ac

VARIAE LECTIONES.

[f] *deeſt*, et internam. H. fol. 166.
[g] *deeſt* preſenti. H. fol. 166.
[h] *deeſt* ſit. H. fol. 166.
[i] pontem. H. fol. 166.
[k] *deeſt* preſenti. H. fol. 166.

om-

omnibus aliis articulis itineris que poterunt cadere in finem vel redempcionem ſeu in aliam penam pecuniariam ac aliis contractibus placitis et querelis perſonalibus et aliis cauſis et materiis quibuſcumque quocumque nomine cenſeantur ſeu cenſeri poterunt licet tangant nos vel heredes noſtros ſeu miniſtros noſtros quoſcumque felonia et mahemio ac aſſiſis et placitis de libero tenemento dumtaxat exceptis infra dictam villam Oxon ac ſuburbia et procinctum predicta qualitercumque emergentibus factis ſive perpetratis aut faciendis ſive perpetrandis tam ex officio ſeu ad ſectam noſtram et heredum noſtrorum quam ad ſectam partis vel alio modo quocumque ubi Magiſter vel Scolares ſeu ſervientes magiſtrorum et ſcolarium vel aliqua alia perſona que aliquibus privilegiorum vel libertatum dicte Univerſitatis gaudere debeat quos predictusCancellarius vel ſucceſſores ſui aut eorum commiſſarii ſive locumtenentes pro talibus calumpniare voluerit eſt vel erit una parcium per ſcolares et laicas gentes ejuſdem ville Oxon et per alios inquirant et inquirere poſſint et plenam cognicionem et correccionem inde habeant et hujuſmodi placita querelas cauſas et materias teneant in quocumque loco infra dictam villam Oxon aut ſuburbia vel procinctum ejuſdem eis placuerit et execuiconem inde ſecundum eorum leges et conſuetudines vel ſecundum legem regni noſtri Anglie ad voluntatem predicti Cancellarii et ſucceſſorum ſuorum Commiſſariorum et locumtenencium ſuorum faciant ac omnes et ſingulos materias querelas cauſas et articulos hu-
§. 94. juſmodi exceptis preexceptis audiant et terminent Ac omnimoda amerciamenta exitus et proficua inde proveniencia ad commodum et utilitatem tocius Univerſitatis predicte habeant levent et per-
§. 95. cipiant per ſe et deputatos ſuos imperpetuum ITA quod nullus Juſticiarius ad placita coram nobis ſeu heredibus noſtris tenenda aſſignatus vel aſſignandus Juſticiarius de communi banco Juſticiarius ad aſſiſas capiendas vel gaolas deliberandas vel Cuſtodes pacis ſeu Juſticiarius ſervientum laboratorum et artificum ſeu alii Juſticiarii vel Judices quicumque Seneſcallus vel Mareſcallus vel clericus mercati hoſpicii noſtri vel heredum noſtrorum

Vice-

Vicecomes Major Ballivus ſeu alius officiarius vel miniſter noſter vel heredum noſtrorum quicumque de hujuſmodi placitis querelis contractibus articulis cauſis materiis vel aliis rebus predictis ſeu eorum aliquo exceptis preexceptis infra dictam villam Oxon aut ſuburbia ſeu procinctum ejuſdem factis vel faciendis in preſencia nec abſencia noſtri vel heredum noſtrorum ſe in aliquo intromittant Et ſi iidem Juſticiarii aut alii miniſtri noſtri ſeu eorum §. 96.
aliquis in preſencia vel abſencia noſtra vel heredum noſtrorum ſuper aliquibus premiſſis exceptis preexceptis inquirere ſeu aliqualiter cognoſcere vel intromittere preſumpſerint infuturum iidem Juſticiarii ac alii miniſtri et officiarii predicti ad certificacionem notificacionem ſeu ſignificacionem Cancellarii Univerſitatis predicte qui pro tempore fuerit aut ejus Commiſſarii ſive locum tenentis inquiſicionibus et cognicionibus hujuſmodi aut cuicumque proceſſui et execucioni inde qualitercumque faciendis omnino ſuperſedeant et ſe inde ulterius in aliquo nullatenus intromittant Et insuper de uberiori gracia noſtra pro majori ſe- §. 97.
curitate et quiete Univerſitatis noſtre Oxon ac Cancellarii et Scolarium ejuſdem pro tempore exiſtencium conceſſimus eiſdem nunc Cancellario et Scholaribus et eorum ſucceſſoribus impertuum quod ſi Cancellarius Commiſſarius locumtenens Magiſter Scolaris officiarius vel miniſter[l] Univerſitatis ſeu alia perſona quecumque ſub vel de privilegio ejuſdem Univerſitatis pro tempore exiſtens coram Juſticiariis ad placita coram nobis tenenda Juſticiariis ad aſſiſas Juſticiariis ad gaolas deliberandas vel Juſticiariis ad prodiciones felonias et alia malefacta audienda et terminanda aſſignatis vel aſſignandis Juſticiariis pacis ſeu aliis Juſticiariis Coronatoribus Seneſcallis et Mareſcallis hoſpicii noſtri et heredum noſtrorum Vicecomitibus ac aliis Juſticiariis ſive Commiſſariis vel miniſtris noſtris vel heredum noſtrorum quibuſcumque aut coram Majore ſeu Ballivis dicte ville per laicas gentes infra eandem villam vel quatuor hundreda *viz* eidem adjacencia reſidentes vel poſſeſſiones infra [m] eadem villam et hundreda habentes de aliquibus pro-

Digreſſio (per Edw. 4.) ad confirmationem alterius Cartae Regis Hen. 4ti. de Seneſcallo Univerſitatis datae apud Weſtm' 2° Junii anno Regni 7°.

VARIAE LECTIONES.

[l] dicte. H. fol. 167.

[m] eandem. H. fol. 167,

dicionibus

dicionibus inſurreccionibus feloniis vel mahemiis infra comitatum Oxon vel Berks ante hec tempora factis vel exnunc faciendis indictatus [n] rettatus vel appellatus exiſtat vel infuturum indictari [n] rettari vel appellari contigerit et poſtmodum vigore hujuſmodi indictamenti [n] retti vel appelli arreſtatus vel impriſonatus fuerit infra procinctum Univerſitatis predicte vel alibi tunc ſi Cancellarius Commiſſarius ſeu locumtenens dicte Univerſitatis pro tempore exiſtens ipſum ſic arreſtatum vel impriſonatum calumpniare voluerit ipſe in cujus cuſtodia hujuſmodi impriſonatus vel arrreſtatus exiſtit corpus ejuſdem arreſtati vel impriſonati Seneſcallo Cancellarii vel locumtenentis dicte Univerſitatis pro tempore exiſtentis per commiſſionem noſtram ſub magno ſigillo noſtro per Cancellarium noſtrum vel Cuſtodem dicti ſigilli pro tempore exiſtentem ex officio ſuo concedendam ad nominacionem et ordinacionem dicti Cancellarii vel locumtenentis dicte Univerſitatis in hac parte ſi ille qui ſic dicto Cancellario noſtro ſive Cuſtodi ſigilli noſtri ſive heredum noſtrorum nominabitur eidem Cancellario ſive Cuſtodi ad hoc videbitur habilis et ſufficiens preficiend' et conſtituend' ſtatim poſt hujuſmodi calumpniam factam et faciendam ſub pena forisfacture ducentarum librarum una medietate inde nobis et heredibus noſtris et altera medietate inde ad uſum et proficuum Univerſitatis predicte ipſique in quorum cuſtodia indictamentum [n] rettum vel appellum per quod hujuſmodi impriſonatus vel arreſtatus indictatur [n] rettatur vel appellatur pro tempore exiſterit indictamentum [n] rettum vel appellum illud coram prefato Seneſcallo ſtatim cum per ipſum Seneſcallum inde fuerit requiſitus cum proceſſibus et omnibus aliis illud tangentibus ſub pena predicta in forma predicta ſolvenda mitti faciant ſeu deliberari Ita quod idem impriſonatus vel arreſtatus ſtet recto in hac parte coram dicto Seneſcallo ſi nos verſus eum loqui voluerimus vel aliquis alius loqui voluerit et non coram aliquo alio Judice quocumque
§. 98. Et ſi idem arreſtatus vel impriſonatus ſuper hujuſmodi indictamento [n] retto vel appello placitet ad verificacionem

VARIAE LECTIONES.

[n] rect—. H. fol. 167.

ſive

ſive [o] inſurreccionem patrie tunc predictus Seneſcallus inde faciat proceſſum per precepta ſub ſigillo ſuo Vicecomiti Comitatuum predictorum dirigenda ad venire faciendum coram dicto Seneſcallo apud [p]Guyhaldam dicte ville Oxon ad certum diem per ipſum Seneſcallum prefigendum et aſſignandum decem et octo probos et legales homines de viſu loci ubi hujuſmodi prodicio inſurreccio felonia vel mahemium per hujuſmodi indictamentum [q] rettum vel appellum ſupponitur fore factum
§. 99. Et quod idem Vicecomes precepta illa coram prefato Seneſcallo ad diem predictum debite retornet ſub pena quadraginta librarum in forma predicta ſimiliter ſolvendarum
§. 100. Et eciam quod idem Seneſcallus ſimiliter faciat proceſſum per alia precepta Bedellis dicte Univerſitatis dirigenda ad venire faciendum coram eo apud Guyhaldam predictam ad diem predictum decem et octo probos et legales laicos homines ſub vel de privilegio et juriſdiccione Univerſitatis predicte exiſtentes Quodque predictus Seneſcallus hujuſmodi duobus panellis coram eo ſic retornatis ulterius ad deliberacionem hujuſmodi arreſtati vel impriſonati per verificacionem ſive inquiſicionem hujuſmodi cujus quidem verificacionis ſive inquiſicionis una medietas ſit de predictis hominibus per Vicecomitem comitatuum predictorum retornandis et alia medietas de predictis hominibus laicis ſub vel de privilegio et juriſdiccione Univerſitatis predicte exiſtentibus per predictos Bidellos retornandis procedat prout de jure et ſecundum legem et conſuetudinem regni noſtri Anglie ac privilegia libertates et conſuetudines Univerſitatis predicte ac vigore preſencium fuerit faciendum
§. 101. Et ſi hujuſmodi arreſtatus vel impriſonatus coram dicto Seneſcallo allocutus allegaverit ſe fore clericum ſeu aliquod aliud per quod privilegio ſancte eccleſie gaudere debeat et per loci ordinarium vel ejus deputatum calumpniatus fuerit tunc idem Seneſcallus ipſum eidem ordinario vel deputato ſuo liberari faciet prout deeſt
§. 102. Et preterea cum inter ceteras libertates et privilegia Cancellario et Scolaribus Univerſitatis predicte per cartas progenitorum noſtrorum quondam Regum Anglie conceſ-

Iſte Paragraphus pertinere debet ad Cartam Regis Hen. 4[i]. de qua ſuperius p. 44. §. 91.

VARIAE LECTIONES.

[o] inquiſicionem. H. fol. 168.
[p] Guildhaldam. H. fol. 168.
[q] rectum. H. fol. 168.

ſas conſeſſum ſit eiſdem quod idem Cancellarius imperpetuum habeat cuſtodiam aſſiſe panis vini et ſerviſie ac correccionem et punicionem ejuſdem infra dictam villam Oxon et ſuburbia ejuſdem cum finibus amerciamentis et aliis proficuis provenientibus in hac parte reddendo prefatis progenitoribus noſtris et heredibus ſuis centum ſolidos annuatim Nos volentes prefatis Cancellario et Scolaribus graciam in hac parte facere ampliorem de gracia noſtra ſpeciali dedimus conceſſimus ac remiſſimus et relaxavimus pro nobis et heredibus noſtris predictis quantum in nobis eſt[r] prefatis Cancellario et Scolaribus ac ſucceſſoribus ſuis[s] predictos centum ſolidos nobis et heredibus noſtris ſic ut premittitur annuatim [t]reddendos Habendos et percipiendos eiſdem Cancellario et Scolaribus et ſucceſſoribus ſuis ad communem utilitatem Univerſitatis predicte imperpetuum Ita quod ipſi et ſucceſſores ſui nobis et heredibus noſtris predictis ad ſcaccarium noſtrum et heredum noſtrorum pro hujuſmodi cuſtodia et punicione unum denarium dumtaxat abſque pluri ad feſtum ſancti Michaelis ſingulis annis decetero ſolvant et reddant imperpetuum

§. 103. Confirmatio Cartae Regis Hen 6[i]. de mundandis Vicis, &c. anno Regni 37°.

Et insuper cum Cancellarius et Scolares Univerſitaris predicte ab antiquo habeant punicionem et correccionem per cenſuras eccleſiaſticas illorum qui truncos petras terram fimum ſeu aliquas alias ſordes aut feditates in vicis infra dictam villam Oxon et ſuburbia ejuſdem ponunt et projiciunt que quidem punicio et correccio ob gravitatem hujuſmodi periculoſe correccionis pro tam exili delicto execucioni ſunt poſtpoſite quodque occaſione illa vici predicti cum truncis petris fimo et ſordibus adimplentur et pavimentum in plurima ſua parte confractum non ſolum in Cancellarii et Scolarium predictorum ac aliorum ligeorum noſtrorum ad Univerſitatem predictam confluencium grave nocumentum verum eciam infecciones graves et infirmitates per hujuſmodi corrupciones multipliciter contigerunt Nos premiſſorum conſideracione ac in evitacionem hujuſmodi nocumentorum conceſſimus prefatis Cancellario et Scolaribus et ſucceſſoribus ſuis imperpetuum auctoritatem et poteſtatem ad amer-

VARIAE LECTIONES.

[r] prefato. H. fol. 168.
[s] predictis. H. fol. 168.
[t] ſolvendos. H. fol. 168.

ciandos

ciandos omnibus futuris temporibus omnes et ſingulos quos per debitam inquiſicionem vel publicam evidenciam poterit reperiri aliqua hujuſmodi pavimenta confracta truncos petras fimum [v]ſues terram ſordes aut feditates infra vicos ville predicte et vicos ſuburbiorum ejuſdem ad nocumentum ibidem habitancium et illuc confluencium habere Et quod Cancellarius ibidem pro tem- §. 104.
pore exiſtens extractus inde fieri et ballivis ville predicte pro tempore exiſtentibus [w] liberare faciat ad ea levanda ſi poſt racionabilem premunicionem defectus tales minime emendentur ac talia impedimenta et feditates non auferantur et quod dicti ballivi recipiant eadem amerciamenta ad ſupportacionem ſolucionis firme ſue imperpetuum et ſi iidem ballivi negligentes fuerint ad execucionem inde faciendam nec levacionem hujuſmodi amerciamentorum infra tres dies poſt recepcionem dictorum extractuum faciant tunc eadem amerciamenta capiantur ad opus Cancellarii dicte Univerſitatis pro tempore exiſtentis aut illius cui idem Cancellarius ea pro tempore aſſignabit Et Insuper licet Can- §. 105.
cellarius Univerſitatis predicte pro tempore exiſtens habeat eciam ex conceſſionibus progenitorum noſtrorum predictorum quas eciam confirmavimus auctoritatem et poteſtatem banniendi omnes criminoſas et vicioſas perſonas obſtinaces rebelles et incorrigibiles a dicta Univerſitate et procinctu ejuſdem perſone tamen ſic bannite ad villas et villatas prope dictam Univerſitatem ſe retrahunt ibidem commorantes hujuſmodi crimina et vicioſam converſacionem deteſtabiliter magis ibidem quam in Univerſitate predicta ducendo et exercendo Nos igitur de uberiori gracia noſtra conceſſimus Cancellario Univerſitatis predicte pro tempore exiſtenti auctoritatem et poteſtatem quod ipſe bannire poſſit a dicta Univerſitate per decem milliaria circumjacencia omnes [x] pronebas meretrices et mulieres incontinentes infra eandem Univerſitatem aut procinctum ejuſdem notabiliter delinquentes ita quod nulla hujuſmodi mulier ſic bannita infra decem milliaria circa dictam univerſitatem Oxon commorari preſumat et ſi aliqua

VARIAE LECTIONES.

[v] *deeſt* ſues. H. fol. 169.
[w] liberari. H. fol. 169.
[x] pronubas. fol. 169.

 earum

earum infra decem milliaria circa Oxon commoretur quod dominus loci ſive habitacionis alicujus mulieris bannite aut ipſius domini deputatus ſuper premunicione hujuſmodi bannicionis per Cancellarium dicte Univerſitatis pro tempore exiſtentem ſibi factam dictam bannitam impriſonet et poſt hujuſmodi impriſona-
§. 106. mentum eam a dominio illo expellat et amoveat QUARE volumus et firmiter precipimus pro nobis et heredibus noſtris quod prefati Cancellarius Scolares et eorum ſucceſſores libertates et privilegia predicta habeant et teneant ſibi et ſucceſſoribus ſuis predictis in forma predicta et eiſdem plene gaudeant et utantur imperpetuum ſine occaſione vel impedimento noſtri vel heredum noſtrorum Juſticiariorum Eſcaetorum Vicecomitum aut aliorum ballivorum ſeu miniſtrorum noſtrorum vel heredum noſtrorum quorumcumque HIIS teſtibus venerabilibus in Chriſto patribus Thoma Cantuar' et W Ebor' Archiepiſcopis Thoma London' et G Exon' Cancellario noſtro Anglie Epiſcopis Precariſſimo fratre noſtro Georgio Clarancie et cariſſimo conſanguineo noſtro Johanne Norfolcie Ducibus ac cariſſimis conſanguineis noſtris Richardo Warrw' et Henrico Eſſex' Theſaurario noſtro Anglie Comitibus Dilectiſque et fidelibus noſtris Edwardo de Bergevenney Johanne Nevill de Monte acuto Militibus necnon dilecto et fideli Clerico noſtro Roberto Styllyngton' Cuſtode privati ſigilli noſtri et aliis Dat' per manum noſtram apud Palacium noſtrum Weſtmonaſterii tercio die Julii Anno regni noſtri primo

Per ipſum Regem et de dat' predicta
Auctoritate Parliamenti.



J. Chambers Sc.



# MAGNA CARTA

## UNIVERSITATI

## AB HENRICO REGE OCTAVO

## CONCESSA,

## AD INSTANTIAM DOMINI THOMAE WOLSEY
## EBORACENSIS ARCHIEPISCOPI.

HENRICUS octavus Dei gracia Anglie et Francie Rex fidei defenſor et Dominus Hibernie Omnibus ad quos preſentes littere pervenerint ſalutem CUM uno omnium conſenſu naciones univerſe et regna omnis quoque res publica maximeque chriſtiana tum precipue florere exiſtimantur veriſſime cum in his alantur et educentur non magis qui foris domique imperpetuum [a] protegant hoſtes repellant quam qui conſiliis ſtudiis ſcienciis ſapiencia [b] regant et gubernent corporum animarumque ſaluti conſulant religionem chriſtianam [c] tueantur et ſuſtentent hereſes et errores [d] ſagaciter inveſtigent et proſternant §. 1.

VARIAE LECTIONES.

[a] impetus. H. fol. 179.
[b] regnant. H. fol. 179.
[c] teneant. H. fol. 179.
[d] ſaganter. H. fol. 179.

Quales

Quales huic noſtro regno Oxonienſis Academia jamdiu progenuit indieſque ut ſperamus eſt progenitura Eoque plures et perfecciores quo quieciorem et tranquilliorem peragant vitam Nos itaque non tam incitati et accenſi aſſiduis precibus reverendiſſimi in Chriſto patris ac domini Thome [e] Wulſey Eboracenſis Archiepiſcopi qui ob ſingularem prudenciam fidem et doctrinam in conſilium noſtrum adhibitus ab eadem Academia ad nos alumnus proceſſit integerrimus quam noſtrorum progenitorum longo ordine exemplis [f] et ac ſincera in bonas literas et ſtudencium quietem pietate inflammati expetentes quoque maxime fidei chriſtiane firmamentum nedum augmentum et omnium ſcienciarum abſolutiſſimum et uberrimum proventum his que a noſtris progenitoribus munificentiſſime ſunt donata ea que videntur potiſſimum ad eorum conducere emolumentum commoditatem tranquillitatem quoque adjicimus

§. 2. Nos igitur precibus dicti reverendiſſimi Patris favorabiliter inclinati de gracia noſtra ſpeciali ac ex certa ſciencia et mero motu noſtris dedimus et conceſſimus ac per preſentes damus et concedimus pro nobis heredibus et Succeſſoribus noſtris quantum in nobis eſt dilectis nobis in Chriſto Cancellario et ſcolaribus Univerſitatis noſtre Oxon et ſucceſſoribus ſuis quod Cancellarius dicte Univerſitatis et ejus Commiſſarius pro tempore exiſtens ac deputatus prefati Commiſſarii pro tempore exiſtens ſint et erunt conſervatores et Juſticiarii noſtri pacis noſtre heredum et ſucceſſorum noſtrorum et quilibet eorum ſit et erit conſervator et Juſticiarius noſter pacis noſtre heredum et ſucceſſorum noſtrorum infra villam noſtram Oxon in Comitatu noſtro Oxon et ſuburbia ejuſdem et quatuor hundreda eidem ville et ſuburbiis proxime adjacencia nec non infra Comitatus noſtros Oxon et Berks conſervandam omnium et quorumcumque ſcolarium ejuſdem Univerſitatis ſervientum et miniſtrorum ſuorum et omnium aliarum perſonarum de vel ſub aliquo privilegio dicte Univerſitatis qui nunc ſunt et impoſterum erunt et cujuſlibet eorum nec non quarumcumque aliarum perſonarum pacem noſtram

VARIAE LECTIONES.

[e] Wolſey. H. fol. 179. [f] *deeſt* et. H. fol. 179.

versus

verſus eoſdem Scolares ſervientes et miniſtros ſuos aut aliquas perſonas de vel ſub privilegio Univerſitatis predicte aut verſus aliquos ſive aliquem eorum infra villam ſuburbia hundreda et Comitatus predictos infringencium ſeu infringere attemptancium ſive volencium ac illarum omnium perſonarum de qua vel de quibus iidem Scolares vel eorum aliquis ſeu eorum ſervientes aut miniſtri ſive eorum aliquis ſe metuunt vel metuit de vita aut mutilacione membrorum ſuorum  Et quod iidem Cancella- §. 3.
rius Commiſſarius[g] ac deputatus ejus pro tempore exiſtentes et quilibet eorum et ſucceſſores imperpetuum eaſdem poteſtatem et auctoritatem predictorum Scolarium ſervientum miniſtrorum et aliarum perſonarum predictarum et cujuſlibet eorum qui nunc ſunt et impoſterum erunt infra villam ſuburbia hundreda et Comitatus predictos habeant et exerceant et quilibet eorum habeat et exerceat in omnibus et per omnia quales habent aliqui et quicumque Juſticiarii pacis noſtre in Comitatibus noſtris Oxon et Berks aut in aliquo alio Comitatu regni noſtri Anglie de et ſuper aliis ſubditis noſtris ac omnia que ad Juſticiarium pacis noſtre pertinent infra [h] dictam villam ſuburbia hundreda et Comitatus predictos iidem Cancellarius Commiſſarius[i] ac deputatus ejus pro tempore exiſtentes exequentur et facient et quilibet eorum faciet et exequetur imperpetuum mahemio et felonia tantummodo exceptis nec non ad omnia alia ordinaciones et ſtatuta facta et fienda pro conſervacione et bono regimine pacis noſtre heredum et ſucceſſorum noſtrorum ac quieto regimine et gubernacione dictorum ſcolarium ſervientum miniſtrorum ac aliarum perſonarum predictarum inquirenda audienda terminanda facienda et exequenda felonia et mahemio ut prefertur tantummodo exceptis  Et ul- §. 4.
terius per preſentes concedimus eiſdem Cancellario et Scolaribus dicte Univerſitatis Oxon quod idem Cancellarius pro tempore exiſtens et ſucceſſores ſui per literas ſuas ſigillo officii ſui ſigillatas aſſignare conſtituere et facere poſſint imperpetuum Seneſcal-

VARIAE LECTIONES

[g] aut. H. fol. 180.
[h] *deeſt* dictam. H. fol. 180.
[i] aut. H. fol. 180.

lum

lum dicte Univerſitatis pro tempore exiſtentem ac ejus Subſeneſcallum nec non duos legis peritos ſeu tres aut duos eorundem Juſticiarios noſtros ad pacem quorum idem Seneſcallus vel Subſeneſcallus pro tempore exiſtens ſit ſemper unus infra villam ſuburbia Hundreda et Comitatus predictos conſervandam Nec non Juſticiarios noſtros ad omnia et omnimoda prodiciones murdra et ſelonias mahemia et alia malefacta quecumque infra villam ſuburbia hundreda et Comitatus predictos contingencia ſive emergencia per aliquos dictorum ſcolarium miniſtrorum ſeu ſervientum ſuorum aut [k] illarum perſonarum que aliquo privilegio dicte Univerſitatis gaudere debet aut per quaſcumque alias perſonas eiſdem Scolaribus miniſtris ſeu ſervientibus ſuis ſeu eorum alicui aut illis perſonis que aliquo privilegio gaudere debet ſic illata facta ſive perpetrata ſive impoſterum fienda aut perpetranda ad inquirenda audienda et terminanda tam ad ſectam noſtram quam ad
§. 5. ſectam partis ITA quod nec Major Ballivi dicte ville [l] noſtre Oxon neque [m] aliqui Juſticiarii ſive Commiſſionarii noſtri ad pacem in dicta villa ſuburbiis hundredis et Comitatibus predictis neque aliqui alii Juſticiarii vel Commiſſionarii regni noſtri Anglie heredum aut ſucceſſorum noſtrorum niſi tantummodo predictus Cancellarius Commiſſarius ejus vel deputatus pro tempore exiſtens Seneſcallus Subſeneſcallus et Juſticiarii predicti per dictum Cancellarium ut premittitur aſſignandi infra villam Oxon ſuburbia hundreda et Comitatus predictos de aliquo premiſſorum aliquem dictorum ſcolarium miniſtrorum ſeu ſervientum ſuorum aut aliquem dictarum perſonarum privilegiatarum tangente vel tangendo concernente vel concernendo emergente vel emergendo inquirant nec ſe in aliquo intromittant nec eorum aliquis in premiſſis nec aliquo premiſſorum inquirat nec intromittat quoviſ-
§. 6. modo ET ſi iidem Major et Ballivi dicte ville Oxon aut alii Juſticiarii Commiſſionarii ſive miniſtri noſtri heredum vel ſucceſſorum noſtrorum ſeu eorum aliquis in preſencia vel abſencia noſ-

VARIAE LECTIONES.

k aliarum. H. ſol. 180.

l *deeſt* noſtre. H. ſol. 180.

m alii. H. ſol. 180.

tra

tra heredum vel ſucceſſorum[n] ſuper aliquibus premiſſis vel aliquo premiſſorum inquirere ſeu aliqualiter cognoſcere vel intromittere preſumpſerint in futurum quod iidem Major et Ballivi dicte ville Oxon ac alii Juſticiarii Commiſſionarii et officiarii noſtri predicti ad certificacionem notificacionem ſeu ſignificacionem ſive calumpniam Cancellarii Univerſitatis predicte qui pro tempore fuerit ejuſve Commiſſarii aut deputati ejuſdem Commiſſarii pro tempore exiſtentis inquiſicionibus cognicionibus hujuſmodi aut cuicumque proceſſui et execucioni inde qualitercumque[o] inde faciendis omnimodo ſuperſedeant et ſe inde ulterius in aliquo nullatenus intromittant QUODQUE habeant ſeu facere et habere poſſint §. 7.
iidem Cancellarius et ſcolares et ſucceſſores ſui Gaolam infra villam predictam ad felones et alios malefactores quoſcumque ſi ſint ſcolares aut aliquis ſervientum ſeu miniſtrorum predictorum ſcolarium ſive aliqua alia perſona que aliquo privilegio dicte Univerſitatis gaudere debet aut aliqua alia perſona ſive perſone eis ſive eorum uni ut prefertur offendentes delinquentes ſive malefacientes pro qua offenſa ſeu pro quo delicto penam impriſonamenti habere meretur ſive merentur infra dictam villam ſuburbia hundreda et Comitatus predictos captos ſeu capiendos in eadem Gaola quouſque ab eadem ſecundum legem et conſuetudinem regni noſtri Anglie deliberentur ſalvo cuſtodiendos et caſtigandos
ET quod dicti Cancellarius Commiſſarius ejuſve deputatus Seneſcallus Subſeneſcallus duo legiſlatores tres aut duo eorundem Juſticiarii heredum et ſucceſſorum noſtrorum per dictum Cancellarium pro tempore exiſtentem ſeu ſucceſſores ſuos ut premittitur aſſignandi quorum trium aut duorum predictus Seneſcallus aut Subſeneſcallus ſit ſemper unus ad Gaolam illam de priſonibus in ea ſive in alia Gaola infra villam ſive ſuburbia ejuſdem exiſtentibus ex quacumque cauſa predicta committendi de tempore in tempus habeant auctoritatem et poteſtatem deliberandi §. 8.
ET quod Vicecomes vel Subvicecomes Comitatuum predictorum Oxon et Berks pro tempore exiſtentes omnia jurata panellas §. 9.

VARIAE LECTIONES

[n] noſtrorum. H. fol, 180.

[o] *deeſt* inde. H. fol. 181.

inquiſiciones attachiamenta proceſſus quoſcumque et intendencias Cancellario Commiſſario pro tempore exiſtenti ac ejus deputato ſive vicemgerenti et ſucceſſoribus ſuis et aliis Juſticiariis per eundem Cancellarium pro tempore exiſtentem ut premittitur aſſignandis et cuilibet eorum ut predictum eſt ad omnia que ad officia ſua ſive alicujus eorum ſpectant de tempore in tempus faciat retornet et intendat ac precepta mandata warranta et judicia eorundem Juſticiariorum et cujuſlibet eorum pro tempore exiſtencium ut predictum eſt faciat et exequatur in omnibus eiſdem modo et forma prout idem Vicecomes aut alii Juſticiarii ad pacem noſtram ſive ad gaolas noſtras deliberandas in Comitatibus Oxon et Berks tenentur ſub pena forisfacture ducentarum librarum una medietate inde nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris et altara medie-
§. 10. tate inde ad uſum predicte Univerſitatis ſolvenda ET ULTERIUS de uberiori gracia noſtra volumus et concedimus per preſentes quod iidem Cancellarius et Scolares et eorum ſucceſſores imperpetuum habeant omnimoda fines amerciamenta et forisfacturas quecumque aſſeſſa adjudicata taxata ſive taxanda vel adjudicanda pro tranſgreſſionibus oppreſſionibus riotis routis illicitis aſſemblis conventiculis congregacionibus unitis extorcionibus negligenciis eſcapiis felonum conſpiracionibus concelamentis regratariis et forſtallariis manutenenciis ambidextriis falſitatibus retencionibus illicitis et aliis delictis et meſpriſionibus ac malefactis quibuſcumque factis ſive fiendis perpetratis ſive perpetrandis contra communem legem noſtram ſive contra ordinaciones quorumcumque ſtatutorum editorum ſive in poſterum edendorum
§. 11. NECNON omnimoda fines amerciamenta redempciones exitus forisfacturas et forisfacta tam per brevia noſtra et heredum noſtrorum de premunire facta adjudicata et adjudicanda quam per omnia alia brevia querelas inquiſiciones et mandata noſtra heredum ſeu ſucceſſorum noſtrorum in quibuſcumque Curiis noſtris et heredum noſtrorum tam videlicet coram nobis et heredibus noſtris in Banco noſtro vel coram nobis aut heredibus noſtris in Cancellaria noſtra et heredum noſtrorum ſeu coram Theſaurario et Baronibus noſtris et heredum noſtrorum de Scaccario Juſticiariis noſtris et heredum noſtrorum de uno Banco et de altero Seneſcallo

callo et mareſcallo ac clerico mercati hoſpicii noſtri vel heredum noſtrorum Juſticiariis noſtris et heredum noſtrorum itinerantibus ad communia placita et placita corone noſtre vel ad placita foreſte Juſticiariis noſtris vel heredum noſtrorum ad felonias prodiciones tranſgreſſiones exceſſus et alia gravamina et malefacta tam ad ſectam noſtram et heredum noſtrorum quam ad ſectam partis ac coram Juſticiariis noſtris ad pacem noſtram ſeu heredum et ſucceſſorum noſtrorum ad aſſiſas et Juſticiariis noſtris et heredum noſtrorum ad ſtatuta et ordinaciones de artificibus laboratoribus ſervientibus vitellariis forſtallariis ac de ponderibus et menſuris conſervandis aſſignatis quam coram quibuſcumque aliis Juſticiariis Officiariis et miniſtris noſtris et heredum noſtrorum tam in preſencia noſtra et heredum noſtrorum quam in abſencia noſtra et heredum noſtrorum nec non coram [p] predicto Cancellario Commiſſario deputato vel ejus vicemgerente Juſticiariis predictis per dictum Cancellarium aſſignandis adjudicata et adjudicanda ubi ipſos ſcolares aut eorum ſervientes miniſtros aut alias perſonas privilegiatas ſive alicujus eorum aut dicte Univerſitatis miniſtros ſeu aliam perſonam ſive perſonas predictas verſus dictos ſcolares ſervientes ſeu miniſtros ſuos aut perſonas privilegiatas ſeu aliquem [q] eorum quovis modo offendentes ut premittitur ſive quoquo modo delinquentes fines facere vel feciſſe amerciari vel amerciatos fuiſſe exitus ſive aliquod quodcumque forisfacere vel foriſfeciſſe contigit ſive in futurum contigerit Ac INSUPER de uberiori gracia noſtra damus et concedimus predictis Cancellario §. 12. et ſcolaribus dicte Univerſitatis quecumque annum diem ſtreppum vaſtum deodandum et theſaurum inventum catalla felonum utlagatorum fugitivorum dampnandorum felonum de ſe et felonum in exigendis poſitorum ſive aliter delinquencium pro quo bona ſive catalla ſua amittere ſive forisfacere debeant infra villam Oxon predictam et ſuburbia ejuſdem cujuſlibet et quorumcumque ligeorum ſive ſubditorum noſtrorum nec non omnium bonorum et catallorum quorumcumque manuopere captorum Et quod bene

VARIE LECTIONES.

[p] prefatis. H. fol. 181. [q] eorundem. H. fol. 181.

 liceat

liceat eiſdem Cancellario Commiſſario deputato ſive vicemgerenti et ſcolaribus et ſucceſſoribus ſuis omnia prediċta fines amerciamenta redempciones exitus forisfaċturas deodanda theſaurum inventum annum diem vaſtum caſtalla felonum utlagatorum fugitivorum dampnandorum felonum de ſe felonum in exigendis poſitorum et cetera premiſſa quecumque [r] et qualitercumque forisfaċta ſive forisfacienda et omnia que ad nos heredes et ſucceſſores noſtros de diċtis finibus amerciamentis exitibus die [s] et anno vaſto ſtreppo deodando catallis felonum utlagatorum fugitivorum dampnandorum felonum de ſe [t] in exigendis poſitorum ſive aliter ut predicitur forisfaċtis quoquo modo petinere poſſit per ipſos et miniſtros ſuos levare colligere percipere et habere tam per manus ſuas proprias ſive aſſignatorum ſuorum ſive deputatorum ſuorum quam per manus Vicecomitis Eſcaetoris et aliorum Officiariorum noſtrorum quorumcumque et ſeipſos in ſeiſinam inde ponere abſque calumpnia impeticione vel impedimento noſtri vel heredum noſtrorum officiariorum vel miniſtrorum noſtrorum vel heredum noſtrorum prediċtorum aut aliorum Juſticiariorum Eſcaetorum Vicecomitum Coronatorum Majorum Ballivorum Conſtabulariorum ſeu miniſtrorum noſtrorum vel heredum noſtrorum quorum-

§. 13. cumque Et insuper volumus et per preſentes concedimus quod prediċti Cancellarius et ſcolares ac omnes eorum ſervientes et cujuſlibet eorum ſerviens aut eorum ſeu diċte Univerſitatis miniſtri firmarii et tenentes ſui et eorum quilibet ubicumque fuerint exonerati et quieti ſint de quibuſcumque priſis chiminagiis capcionibus [u] carrigiariorum equorum careċtarum plauſtrorum et aliorum [u] carrigiariorum nec non frumenti ordei feni ſiliginis avenarum fabarum piſarum boum boviculorum vaccarum jumentorum omnium porcorum porcellorum caprarum edorum agnorum vitulorum ancarum anatum caponum gallinarum pullorum columbarum dentricum anguillarum et [w] aliarum piſcium recencium quo-

VARIAE LECTIONES

[r] *deeſt* et. H. fol. 182.
[s] *deeſt* et. H. fol. 182.
[t] felonum. H. fol. 182.
[u] carriagiorum. H. fol. 182.
[w] aliorum. H. fol. 182.

rumcumque

rumcumque et aliorum volatilium victualium cuniculorum et ferarum ſalis ſtraminis maeremii boſci ſubboſci carbonis aliorumque utenſilium ſuorum quorumcumque Et ulterius de uberiori gracia noſtra concedimus predictis Cancellario et ſcolaribus dicte Univerſitatis quod nullus emptor proviſor ſeu captor victualium hujuſmodi pro hoſpicio noſtro heredum aut ſucceſſorum noſtrorum aut alius miniſter noſter heredum vel ſucceſſorum noſtrorum aut aliorum quorumcumque infra viginti milliaria eidem univerſitati Oxon proxime adjacencia aliquod ſeu aliqua premiſſorum aut aliorum quorumcumque nec pro aliqua alia cauſa quacumque pro hoſpicio noſtro heredum aut ſucceſſorum noſtrorum capiendorum ingrediatur quoviſmodo abſque licencia ſpeciali et voluntate dicti Cancellarii aut ejus Commiſſarii vel ejuſdem [x] et ſcolarium dicte Univerſitatis et ſucceſſorum ſuorum petitis et obtentis imperpetuum Et ulterius volumus et per preſentes concedimus eiſdem Cancellario et ſcolaribus et ſucceſſoribus ſuis quod quodlibet indictamentum captum ſive impoſterum capiendum tam de murdro et felonia quibuſcumque quam de riotis routis aſſemblis conventiculis et retencionibus illicitis perpetratis ſive impoſterum perpetrandis et alia indictamenta et preſentaciones quecumque de omnimodis malefactis infra villam Oxon ſuburbia hundreda et Comitatus predictos contra legem terre noſtre ſive proviſiones ſtatutorum editorum ſive edendorum capta ſeu impoſterum capienda coram Majore et Aldermannis ſeu Ballivis ville predicte vel coram quocumque ſive quibuſcumque alio vel aliis Juſticiario vel Juſticiariis noſtris ſive Commiſſionariis noſtris in quibuſcumque Curiis noſtris pretextu tam alicujus commiſſionis quam auctoritate aliqua eis facta ſive fienda quorumcumque ſcolarium aut ſervientum ſeu miniſtrorum ſuorum ſive alicujus ſeu aliquorum eorundem aut aliarum perſonarum aut alicujus eorundem que aliquo privilegio dicte Univerſitatis gaudere debent vel debet aut aliarum perſonarum aut alicujus ſive aliquorum eorundem verſus eoſdem ſcolares ſervientes miniſtros ſuos aut aliquas

§. 14.

§. 15.

VARIAE LECTIONES.

[x] deputati. H. fol. 182.

alias

alias perſonas prediċtas privilegiatas ſive verſus aliquem eorum ſive eorum uni offendentes ſive quoquo modo delinquentes ad certificacionem ſignificacionem notificacionem ſive calumpniam de hujuſmodi indiċtamento vel indiċtato faċtam per Cancellarium Commiſſarium ejuſve deputatum ſeu per eorum unum aut eorum certum attornatum in hac parte pro tempore exiſtentem per Majorem ſeu Aldermannos Ballivos Juſticiarios ſeu Commiſſionarios prediċtos et quemlibet eorum prefato Cancellario pro tempore exiſtenti ſeu ejus Commiſſario ſeu eorum vicemgerenti ſeu alicui eorum aut attornato prediċto per indenturas inter prefatum Cancellarium ſive Commiſſarium aut ejus deputatum et prediċtos Majorem et Aldermannos ſive inter diċtum Cancellarium Commiſſarium [y] ejus deputatum et Juſticiarios ſive Commiſſionarios predictos ſive eorum aliquem omnia et ſingula prediċta indiċtamenta quecumque ſcolares et perſonas prediċtas tangencia [z] prefato Cancellario Commiſſario ejus deputato ſeu uni eorum aut eorum certo attornato in hac parte ſtatim et immediate poſt hujuſmodi notificacionem ſive calumpniam prefato Majori ſeu Aldermannis Ballivis Juſticiariis ſeu Commiſſionariis prediċtis faċtam deliberentur et proceſſibus et execucionibus hujuſmodi indiċtamentorum quibuſcumque faciendis iidem Major Ballivi ac Juſticiarii ſive Commiſſionarii noſtri heredum et ſucceſſorum noſtrorum quicumque et quilibet eorum omnino ſuperſedeant et ſe inde ulterius in aliquo nullatenus intromittant ſub pena quadraginta librarum nobis forisfacturarum ſed tantum coram prefato Cancellario ſive Commiſſario aut ejus deputato ſive Juſticiariis prediċtis per Cancellarium ut prefertur aſſignandis omnia et ſingula hujuſmodi indiċtamenta juxta vim formam et effeċtum hujus conceſſionis noſtre audiri et
§. 16. terminari volumus per preſentes imperpetuum Et ſi contingat hujuſmodi indiċtamenta ſive eorum aliquod ſic capta coram prediċtis Majore et Aldermannis ſive Ballivis ville prediċte vel coram prediċtis Juſticiariis ſive eorum aliquo aut aliqua alia indiċtamenta capta vel capienda coram Cancellario Commiſſario ſeu

VARIAE LECTIONES.

y ejuſve. H. fol. 183.

z prefatis. H. fol. 183.

ejus

ejus deputato aut coram Seneſcallo ſeu Subſeneſcallo dicte Univerſitatis aut coram dictis Juſticiariis per predictum Cancellarium factis ſive coram aliquo eorundem verſus aliquem predictorum ſcolarium ſervientum aut miniſtrorum ſuorum aut verſus aliquos ſeu aliquem eorundem ſive aliarum perſonarum privilegiatarum quoquo [a] offendentes ſive [b] delinquencium per brevia noſtra de cerciorando heredum ſive ſucceſſorum noſtrorum aut aliqua alia brevia quecumque ſive aliquo quocumque modo coram nobis heredibus aut ſucceſſoribus noſtris aut coram Juſticiariis noſtris heredum ſeu ſucceſſorum noſtrorum de uno Banco vel de altero ſeu coram nobis in Cancellaria noſtra heredum ſeu ſucceſſorum noſtrorum aut coram quocumque vel quibuſcumque aliis Juſticiariis noſtris infra regnum noſtrum Anglie remota ſint vel aliquod eorum ſit remotum vel coram nobis et heredibus noſtris aut Juſticiariis noſtris predictis ſive coram aliquo eorum aliquo modo poſita ſunt et adducta ſive eorum aliquod poſitum ſit vel adductum quod tunc ex inſinuacione ſignificacione ſive calumpnia per dictum Cancellarium Commiſſarium ejuſve deputatum pro tempore exiſtentem nobis ſeu Juſticiariis predictis coram quo vel quibus hujuſmodi indictamenta pendent vel exiſtunt omnia et ſingula eadem indictamenta predicto Cancellario aut Commiſſario ſeu ejus deputato ſive eorum certo attotnato deliberentur et quodlibet eorum deliberetur ac iidem Juſticiarii predicti cuicumque proceſſui ſive execucioni inde faciendis omnino ſuperſedeant et ſe ulterius in premiſſis vel aliquo premiſſorum nullatenus intromittant ſub pena quadraginta librarum nobis ut premittitur forisfacturarum Ac §. 17.
omnia exitus et proficua fines et amerciamenta et forisfacture quecumque coram eiſdem Juſticiariis ſive eorum aliquo aſſeſſa [c] aſſurata ſeu forisfacta aſſeſſanda [d] aſſuranda ſive forisfacienda racione hujuſmodi indictamentorum ſint ad uſum opus et proficuum dicte Univerſitatis imperpetuum Et ſi contingat aliquem §. 18.
ſcolarem ſeu aliquem ſervientum aut miniſtrorum predictorum

VARIAE LECTIONES.

[a] modo. H. fol. 183.
[b] delinquentes. H. fol. 183.
[c] afforata. H. fol. 183.
[d] afforanda. H. fol. 183.

ſeu

ſeu aliquam ſive aliquas perſonas predictas ſcolares ſeu aliquem eorum ſive aliquem miniſtrorum predictorum offendentes ſive aliquam perſonam ſeu perſonas privilegiatas dicte Univerſitatis coram Majore ſeu Aldermannis ſive Ballivis dicte Ville aut aliquo alio Juſticiario ſeu Commiſſionario quibuſcumque predictis ſeu aliquo eorum indictari vel indictatum eſſe arreſtari vel arreſtatum eſſe arrectari ſive arrectatum eſſe appellari ſive appellatum eſſe ſeu impetiri occaſione premiſſorum et ſuper hoc impriſonari ſive impriſonatum eſſe quod extunc ipſe in cujus cuſtodia hujuſmodi arreſtatus vel impriſonatus ubicumque infra regnum noſtrum Anglie exiſtat ſtatim et immediate poſt calumpniam per [e] dictum Cancellarium Commiſſarium ſive ejus deputatum factam predictis Majori ſeu Aldermannis aut Ballivis ſive dictis Juſticiariis aut Commiſſionariis predictus ſcolaris ſerviens ſeu miniſter ac predicta perſona ſive perſone privilegiate aut aliqua predictarum perſonarum ſic arreſtati ſeu impriſonati cum eorum cauſa ſeu cauſis prefato Cancellario pro tempore exiſtenti ſive Commiſſario ejuſve deputato ſeu eorum certo attornato in hac parte deliberentur et coram prefato Cancellario Commiſſario aut ejus deputato ſive coram prefato Seneſcallo vel Subſeneſcallo dicte Univerſitatis in forma predicta ſive coram predictis Juſticiariis per predictum Cancellarium ut predicitur aſſignatis ſive aſſignandis audiantur juſtificentur et determinentur

§. 19. Et quod non liceat nec impoſterum licebit prefatis Majori Ballivis ſeu Juſticiariis Commiſſionariis ſupradictis nec alicui eorundem poſt calumpniam ſeu certificacionem eis per dictum Cancellarium Commiſſarium ejuſve deputatum aut per eorum ſive alicujus eorum certum attornatum factam ſive fiendam aliquos preceſſus pro aliquo ſive de et ſuper aliquo quocumque indictamento ſive preſentacione coram eis capto ſeu capiendo necnon de et ſuper aliquibus ſive aliquo appellis murdris feloniis ſeu mahemiis aut aliquibus ſive aliquo indictamentis ſupradictis ſive aliquibus querelis ſive placitis ſeu materiis aut cauſis quibuſcumque ſupradictis verſus aliquem ſcolarem ſervientum ſive

VARIAE LECTIONES.

[e] predictnm. H. fol. 183.

mi-

miniſtrorum predictorum ſive verſus aliquam perſonarum predictarum ſive verſus aliquam [f] earundem facere ſeu aſſignare et hoc ſub pena quadraginta librarum nobis forisfacturarum Et §. 20.
quia volumus omnes et quaſcumque diſcordias controverſias et ambiguitates que poſſunt in futurum inter prefatum Cancellarium et ſcolares dicte Univerſitatis noſtre et ſucceſſores ſuos et Burgenſes dicte ville totaliter ſedare et finire ut tranquilliorem inibi ſtudentes peragant vitam dedimus et per preſentes conceſſimus quod Cancellarius et [g] omnes ſcolares dicte Univerſitatis et eorum miniſtri et ſervientes eorundem et quilibet eorum cum eorum familia et omnes alii qui nunc ſunt aut impoſterum erunt regiſtrati in regiſtro dicte Univerſitatis deinceps imperpetuum habeant et gaudeant et quilibet eorum habeat et gaudeat omnes libertates et privilegia dicte Univerſitatis nunc et perantea conceſſa abſque difficultate ambiguitate dubio ſeu interpretacione impedimento per nos heredes et ſucceſſores noſtros ſeu aliquos quorumcumque ligeorum noſtrorum incontrarium faciendis vel fiendis Et volumus §. 21.
et concedimus quod ad quemlibet viſum franci plegii impoſterum infra dicte Univerſitatis [h] precinctum per dictum Cancellarium ſive Commiſſarium aut ejus deputatum tenendum quod dictus Cancellarius Commiſſarius ſeu ejus deputatus ſeu unus eorum faciat precepta et mandata miniſtris vel alicui miniſtro dicte Univerſitatis Et quod dicti Miniſtri ſeu unus eorum pro tempore exiſtentes habeant et habeat plenariam poteſtatem et auctoritatem precepta mandata panellas et attachiamenta de tempore in tempus coram dicto Cancellario Commiſſario ſeu ejus deputato retornandi et ulterius exequendi et faciendi totum et quicquid ut miniſtri noſtri ſolent et debent infra regnum noſtrum Anglie ad omnia ea que ad dictum viſum franci plegii pertinent aut pertinere debent Et ulterius concedimus prefato Cancellario §. 22.
et Scolaribus dicte Univerſitatis quod habeant et faciant ſeu habere et facere poſſunt unum parcum vulgariter dictum a *Pownde*

VARIAE LECTIONES.

[f] eorundem. H. fol. 184.
[g] *deeſt* omnes. H. fol. 184.
[h] procinctum. H. fol. 184.

I vel

vel *Pynfold* infra villam Oxon ſive ſuburbiis ejuſdem et ibidem poſſunt licite imparcare omnia et ſingula averia bona et catalla omnium et ſingulorum que per legem terre noſtre imparcari poſſunt et debent ac omnia et ſingula proficua amerciamenta et advantagia et libertates eidem parco ſpectancia ſive pertinencia recipere et habere poſſunt adeo plene et integre ſicut nos heredes [i] et predeceſſores et ſucceſſores noſtri habemus ſeu unquam habuimus haberemus ſive perciperemus ad uſum et proficuum dicte
§. 23. Univerſitatis noſtre [k] predicte imperpetuum ET VOLUMUS et concedimus quod aliquis ſcolaris ſerviens ſeu miniſter eorum ſeu aliqua alia perſona privilegiata aut aliqua alia perſona perſonarum predictarum arreſtata incarcerata ſeu impriſonata infra [l] precinctum dicte Univerſitatis Hundreda et Comitatus predictos vel alibi infra regnum noſtrum Anglie poſt noticiam ex inſinuacione et ſignificacione prefati Cancellarii ſive Commiſſarii ſive ejus deputati pro tempore exiſtentis factam Cuſtodi priſone et carceris in quo hujuſmodi arreſtatus vel impriſonatus exiſtit per indenturas inter dictum Cancellarium ſeu Commiſſarium et Cuſtodes priſone ſive carceris hujuſmodi factas per eoſdem Cuſtodes predictis Cancellario Commiſſario aut ejus deputato aut eorum ſive alicujus eorum certo attornato ſtatim deliberentur et hoc abſque fine feodo ſeu regardo ſeu aliquo alio ab ipſis capiendo ſeu dando ſub pena decem librarum nobis forisfacturarum ut ipſi Cancellarius Commiſſarius ſeu ejus deputatus aut Juſticiarii per dictum Cancellarium in forma predicta aſſignandi hujuſmodi perſonas predictas ſic captas et incarceratas juxta eorum demerita et ſecundum legem terre noſtre aut ſecundum ſtatuta et conſue-
§. 24. tudines dicte Univerſitatis noſtre puniant et caſtigent VOLUMUS inſuper et per preſentes concedimus Cancellario et ſcolaribus dicte univerſitatis et ſucceſſoribus ſuis quod omnes ſcolares [m] eorum ſervientes et miniſtri cum eorum familiis ac omnes alie perſone privilegiate faciant ſeu facere poſſunt et quilibet eorum faciat

VARIAE LECTIONES.

[i] *deeſt* et. H. fol. 184.
[k] *deeſt* predicte. H. fol. 184.
[l] procinctum. H. fol. 184.
[m] et. H. fol. 185.

ſeu

